CATALOGUS AUCTORUM

QUI

LIBRORUM CATALOGOS, INDICES,

BIBLIOTHECAS, Virorum Litteratorum Elogia, Vitas, aut Orationes Funebres, Scriptis consignârunt:

AB ANTONIO TEISSERIO,

Uno è viginti sex Academiæ Regiæ Nemausensis adornatus.

CUM PHILIPPI LABBÆI

BIBLIOTHECA NUMMARIA

in Duas PARTES tributa.

I. *De Antiquis Numismatibus, Hebræis, Græcis, & Romanis.*
II. *De Monetis, Ponderibus & Mensuris.*

ET MANTISSA ANTIQUARIÆ SUPELLECTILIS, ex Annulis, Sigillis, Gemmis, Lapidibus, Statuis, Obeliscis, Inscriptionibus, Ritibus, similibúsque, Romanæ præsertim Antiquitatis, Monimentis collectâ.



GENEVÆ,

Apud SAMUELEM DE TOURNES.

M. DC. LXXXVI.

AMPLISSIMO ET INTEGERRIMO

VIRO,

DOMINO DOMINO

DAGUESSEAU,

REGI CHRISTIANISSIMO
A SANCTIORIBUS CONSILIIS,

IURIS REGII PER UNIVERSAM OCCITANIAM

ADMINISTRATORI.

VT primum, VIR AMPLISSIME, mihi te adire contigit, ea protinus illuxit ſingularis humanitas, quâ unâ erga te omnium maximè concilias animos. Tantâ enim comitate, cæteræ quæ apud te ſummo ſunt in gradu virtutes aſperguntur, ut quidquid eſt induſtriæ in difficilioribus negotiis ge-

rendis, aut prudentiæ in consilio, aut etiam gravitatis in munere obeundo, is omnis summi ministerii apparatus, non antè se prodat, quàm eximia tua facilitas, & affabilitas effulserit. Nec tamen, VIR AMPLISSIME, inani gaudes ornamento, quod intra te septum aliis minimè prosit. Ardet enim ea quæ in te elucet bonitas, & ita effunditur, ut magis aliis quàm tibi natus esse videaris. Sic, apud te quicunque res agunt, honorificè prædicant. Ipse ego lubens agnosco, te erga me voluntate beneficâ motum fuisse, quoties ad Nominis tui præsidium accurrere opus fuit. Itaque mecum sæpè cogitavi, qualem tibi pro acceptis beneficiis gratiam referre possem. Donec tandem nactus occasionem hoc Opus in lucem emittendi, Sacrum tuo Nomini facere haud dubitavit animus. Sic enim officii mei partes utcumque expleo, etsi tibi, tuísque meritis inferiora persolvam. Non enim, VIR AMPLISSIME, tantum mihi sumo, tùm modestiæ tuæ, tùm etiam tenuitatis meæ apprimè conscius, ut, summis & veris, quæ jure tibi debentur, laudibus te efferre audeam. Eâ tantummodo parte, quâ jucundior tibi gratiórque laus accedere potest, liceat mihi non fucatum tuæ addere virtuti ornamentum. Is est tuæ, ni fallor, gloriæ apex, is honoris cumulus, evehi ad amplissimos honores;

nores, Illustrissimi placito Principis, qui omnes sui Imperii homines magis summarum virtutum facibus, quàm dignitatis fascibus antecellit: Necesse est enim, ut qui maximis decoratur honoribus, eos & obtinuisse mereatur. Ea sunt, quæ etsi audire non esset tibi molestum, longiùs tamen persequi supersedeo, ne invictissimi Heroïs laudes, tuásque, VIR AMPLISSIME, culpâ ingenii deteram. Id unum voveo, ut quod præclarissimè impositum onus hactenus sustinuisti, diù incolumis, & magno totius Occitaniæ emolumento ferre pergas. *Vale*.

Nemausi, Kal. Augusti
1685.

Tui obsequentissimus
ANTONIUS TEISSERIUS.

LECTORI.

PHILIPPVS LABBÆVS *Iesuita eruditione eximiâ præstans, anno* 1653. *Bibliothecam Bibliothecarum ad calcem novæ Bibliothecæ Manuscriptorum in lucem emisit : Anno deinde* 1664. *eadem Bibliotheca Bibliothecarum curis secundis auctior, cum Bibliothecâ Nummariâ, & Mantissâ Antiquariæ Supellectilis, prodiit. Verùm à quo tempore liber hic excusus est, cùm multi alii Bibliothecarii Indices, Nomenclatores, & Catalogi evulgati sint, eos omnes in unum coëgi, & Operis Labbæani novam Editionem in usum Philobiblorum aggressus sum, adjunctis insuper plerisque ejusdem generis Scriptoribus ab eruditissimo Iesuitâ omissis, iis nimirum, qui Virorum litteratorum vitas singulatim contexuerunt. Itaque cùm in Bibliothecâ Bibliothecarum, Auctores plusquam Octingenti non recenseantur, in hoc Volumine bis mille & quingentos, Vitásque aut Orationes funebres mille ducentorum Illustrium Virorum invenies. Notavi præterea plurimorum Auctorum patriam ac professionem, quam Labbæus indicare neglexerat, ejúsque novem Indicibus duos Indices adjeci. Cæterùm non tantùm Scriptores in Bibliothecâ Bibliothecarum*

rum

rum comprehensos, in hunc Catalogum congessi, sed ut plurimùm disertissimi Iesuitæ, verbis, (melioribus enim non potuissem) usus sum, sublatis solummodò injuriis, quibus optimis, nullâ religionis habitâ ratione, (ut doctissimus Hottingerus in Bibliothecario quadripartito, observavit) Auctoribus insultat.

CATALOGVS AUCTORUM

QVI

LIBRORVM CATALOGOS, INDICES, Bibliothecas, Virorum Litteratorum Elogia, Vitas, aut Orationes Funebres Scriptis consignârunt.

AARON della FORESTA, *Vita del Abbate dal Parto, D. Francesco Maurolyco. In Messina* 1613. *in* 4.

ABBO *Abbas Floriacensis*, Epitome de vitis Romanorum Pontificum, ex Anastasii Bibliothecarii Historiâ, & cum eadem excusa. Moguntiæ 1604. in 4.

ABDIAS ASCHATONIS *Lancastrensis*, Oratio de vitâ Gulielmi Wittakeri Theologi Angli, adjuncta Tomo I. operum ejus, Genevæ, sumptibus Sam. Crispini, anno 1610. in folio editorum.

ABEL CVRIANDER, Vitæ, operúmque Joannis Drusii Aldernandensis, Lugduni Batávorum, ac deinde Franekeræ Professoris, editorum, & nondum editorum delineatio, & ti-

tuli. Franekeræ, apud Freder. Heynsium, anno 1616. in 4.

ABEL SAMMARTHANVS *Scævolæ filius*, scripsit Elogia aliquot illustrium Galliæ Familiarum, & Virorum.

ABIOSEBEA aliàs ABV ELAIGHBAS AHMED BEN CASEM *dictus, Mahumedanus*, Vitæ Arabum qui Medicinâ claruêre, secundùm gentes & ætates distinctæ. M. S. Opus hoc in Bibliothecâ Leidensi extat.

ABRAHAMVS BVCHOLZERVS *Theologus Freistadiensis*, magnâ diligentiâ Virorum eruditione præstantium memoriam persecutus est in Indice Chronologico, qui primùm à Gofrido filio, pòst ab altero filio patri cognomine, Abrahami Sculteti potissimùm operâ, adjuto, deinceps ab aliis continuatus, novisque accessionibus fuit auctus, ita ut ante quadraginta annos jam quintùm fuerit editus.

ABRAHAMVS BZOVIVS *Polonus, Ordinis Prædicatorum*, Nomenclator Sanctorum Professione Medicorum, anniversariam quorum festivitatem universalis celebrat Ecclesia. Romæ, typis Petri Discipuli 1621. in 12.

Ejusdem, de rebus gestis summorum Pontificum à S. Petro usque ad Paulum V. Commentarius. Coloniæ 1619. in f.

Ejusdem, vita Sylvestri I. Pontificis Maximi. Romæ, 1629. in 4. & vita Pauli V. Romæ, 1626.

ABRAHAMVS ECCELLENSIS *Maronita, Syriacæ Linguæ Professor Romæ*, Notis illustravit Catalogum Hebed-Jesu, de quo infrà suo loco.

ABRAHAMVS FREINSHEMIVS scripsit laudationem Joannis Freinshemii.

ABRAHAMVS HEIDANVS *Ecclesiæ Leidensis Pastor, & Theologiæ Professor*. Oratio de vitâ Friderici Spanhemii in Academiâ Lugduno-Batavâ Theologiæ Professoris. Lugduni Batavorum, apud Elzevirios.

ABRAHAMVS MVSCVLVS. Historia vitæ & obitûs Wolfangi Musculi Dusani, S. Litterarum apud Bernates Professoris, per Abrahamum Musculum filium, pietatis ergò, scripta. Basileæ, per Conrard. Waldrich. 1595. in 12.

ABRAHAMVS ORTELIVS *Antuerpiensis* Theatro totius Orbis Geographico præmisit Catalogum Geographorum,

rum, Cosmographorum, & Chorographorum, & Onomasticorum Geographicorum Scriptores recenset Epistolâ ad Lectorem in Thesaurum Geographicum.

ABRAHAMUS SAURIUS. Catalogus librorum ejus, adjunctis litteris & testimoniis quibus Auctor nomen famamque suam contra Zoilos tueri conatur, excusus impensis auctoris 1595. in 8.

ABRAHAMUS SCULTETUS *Silesius*, *Theologus Electoris Palatini*, scripsit Orationem parentalem, habitam Gorlicii, in funere Laurentii Ludovici Professoris Gorliciensis. Idem, in Medullâ Theologiæ Patrum, de Primitivæ Ecclesiæ Patrum, qui ante & post Concilium Nicenum floruerunt, vitâ & Scriptis prolixè agit.

ABRAHAMUS WERNERUS. Oratio de vitâ Galeni. Witebergæ, 1570. in 8.

ACACIUS *Cæsarea in Palestinâ Episcopus*, vitam prodidit præceptoris, & decessoris sui Eusebii Cæsariensis: hujus operis meminit Socrates, libro 2. Histor. Eccles. cap. 3.

ACACIUS DE SUMMA, J. C. scripsit Italicè vitam Pii V. quæ in Gallicam linguam conversa est ab Andrea Felibieno, cum Appendice de Virtutibus Christianis ejusdem Pii. Parisiis, apud Ioan. Bapt. Coignard. 1672. in 12.

ADAMUS BURSIUS *Sprottaviensis Silesius M. D.* vita, & obitus Ioh. Samoscii, vel Zamoscii, auctoris libri de Senatu, qui à quibusdam Sigonio tribuitur. Lugduni Batavorum, 1619. in 8.

ADAMUS SASBOLDUS *vulgò Sasbouth*, *Delphis Bataviæ oppido natus*, scripsit Orationem in funere Tilmanni Geldropii, Collegii Pontificii Præsidis, editam cum aliis ejusdem Sasboldi operibus, Coloniæ. Typis Birckmanni, 1568. & 1575. in folio.

ADAMUS TRIBBECHOVIUS. De Doctoribus Scholasticis, & corruptâ per eos divinarum humanarumque rerum scientiâ, liber singularis. Giessæ, sumptibus Hermanni Velstinii, 1665. in 4.

ADOLPHUS GOTEFRIDUS VOLUSIUS, Willielmi Eisengrenii Catalogus Testium Veritatis ab anno 1563. perductus ad annum 1666. Moguntiæ, apud Ludovicum Bourgeat, in 4.

ADOLPHVS VORSTIVS Everardi filius. Medicinæ & Botanices Professor Lugduni Batavorum, scripsit Orationem in excessum Claudii Salmasii.

ADRIANVS BARLANDVS *natus è Barlandiâ, Vico insigni Zuytbevelandiæ Zelandorum Insulæ, Rhetoricæ Professor Lovanii*, ad Joannem Bursalum Gentilem suum de vitâ suâ, ac scriptis, Epistolam scripsit.

Idem Barlandus, Epistolâ ad Cornelium fratrem, dedit Elenchum librorum à Desiderio Erasmo compositorum.

ADRIANVS FABER *Atrebas, Canonicus Audomarensis*, edidit Orationem à se habitam in funere Joannis de Vernois, Episcopi Audomarensis.

ADRIANVS MAYERN. Nomenclator Rectorum & Professorum, Theologorum, Iuridicorum, Medicorum, Philosophorum, quotquot in Vniversitate Ienensi docuerunt, publicatus ab Adriano Mayern. Ienæ, apud Gaspar. Freyschmit, in 12. 1658.

ADRIANVS la MORLIERE, *Ambianus*, agit de Illustribus Ambianis in libro, cui titulus, *Les Antiquitez d'Amiens par Adrian de la Morlière, Chanoine de l'Eglise de nôtre-Dame d'Amiens*, Parisiis, apud Seb. Cramoisi 1642. in folio.

ADRIANVS vide *Hadrianus*.

ÆGIDIVS ANDREAS de la ROQVE In Historia Neustriæ à se scriptâ Gallicè, agit de Illustribus Normannis. *A Paris, chez Sebastien Cramoisy*, 1642. *in folio.*

ÆGIDIVS BOILEAV, *Parisinus, unus è quadraginta Academiæ Parisiensis*, scripsit Epicteti vitam Gallicè, & ejus Enchiridion in eandem linguam transtulit. Parisiis, apud Gulielmum de Luines 1667. in 12. 3. editione.

ÆGIDIVS GONCALES d'AVILA scripsit Hispanicè vitam Alphonsi Tostati.

ÆGIDIVS HVNNIVS, *Theologiæ Doctor & Professor VVitebergensis*, edidit Orationem funebrem in obitum Davidis Lucani Francobergensis, Hassi I. C.

ÆGIDIVS MENAGIVS *Andegavensis, Vir doctissimus, & multis nominibus de Republicâ litterariâ præclarè meritus*, Illustrium

lustrium Andegavensium, & priscorum Medicorum vitas pollicitus est: vide verbo *Diogenes Laertius.*

ÆGIDIUS MUCIDUS *Gallicè* Muisis, *Tornaco oriundus, Abbas Cœnobii Benedictini ad S. Martinum in eadem urbe*, scripsit Rythmo Latino & Gallico, de Pontificibus Romanis qui suo tempore præfuerunt, & de vitâ & obitu Andreæ de Florentiâ & Joannis de Pratis, Episcoporum Tornacensium. Mortuus est anno 1353.

ÆGIDIUS PERIANDER *Bruxellensis.* Germania, in quâ doctissimorum Virorum Elogia & judicia continentur. Francofurti ad Mænum, typis Petri Fabricii, 1567. in 8.

Edidit etiam, Noctuæ speculum ex Germanico Latinitate donatum, in quo de Poëtis, aliisque. Ibid. eod. anno, & eadem formâ.

ÆLIUS DONATUS *Præceptor B. Hieronymi*, Vulgò existimatur scripsisse vitam Virgilii. Sed doctissimus Vossius lib. 3. cap. 2. de Historicis Latinis, rectè annotavit, licèt in eâ vitâ multa sint bona, & ex Antiquis hausta, subinde tamen aspersa quædam videri, quæ indigna sint tanto Grammatico. Quare censet opusculum illud, non esse ab Ælio Donato, sed alio minoris, ut nominis, ita judicii. Et sanè in editione Fabricianâ vocatur vitæ ejus Auctor Tiberius Claudius Donatus.

Terentii vita Ælio quoque Donato tribuitur. Sed idem Vossius monuit eam esse Suetonii, in eod. opere de Histor. Latin. lib. 1. cap. 31.

ÆLIUS EVERARDUS VORSTIUS, *Ruremundanus, Medicus.* Oratio funebris in obitum Caroli Clusii Atrebatis, Lugd. Batavorum, apud Raphelengium. 1608. in 8. & 1611. in folio, cum libro cui titulus, Caroli Clusii curæ posteriores.

Ejusdem, Oratio funebris in obitum Petri Pavii Amstelodamensis Medici.

Ejusdem, Præfatio de Annulorum origine, deque Abrahami Gorlæi Antuerpiensis laudibus, præmissa Dactyliothecæ ejusdem Gorlæi, Norimbergæ, anno 1600. in 4. editæ.

ÆNEAS SYLVIUS, *Pius* II. *Pontifex Romanus*, Scripsisse creditur Historiam de rebus à se gestis, quæ sub nomine Joannis Gobelini Personæ prodiit, à Francisco Picolominæo

Senensi Archiepiscopo recognita. Romæ, 1584. in 4. & 1589. & Francofurti, 1614. typis Aubrianis.

Idem, scripsit Elogium Leonardi Aretini, quod vide Epistolâ 51.

ÆNEAS VICUS *Parmensis.* C. Julii Cæsaris Dictatoris vitæ Epitoma, præfixa libro 1. Commentariorum ejusdem Vici in vetera Imperatorum numismata. Parisiis, 1619. in 4.

AGGIRATUS *Academicus incognitus* vide infra verbo *Hieronymus Brussoni.*

ALANUS, *Insulis oriundus, primùm Monachus Claravallensis sub S. Bernardo, deinde primus Abbas Ripatarii in Diœcesi Trecensi, ac demum Episcopus Antissiodorensis*, scripsit vitam S. Bernardi cum operibus ejus aliquando excusam.

ALANUS DE LINNA *Anglus, Ordinis Carmelitarum.* Scriptorum Britanniæ multos Indices scripsisse dicitur. Vide Jo. Balæum qui illos enumerat in ejus vitâ, sive Elogio.

ALARDUS AMSTELODAMUS, *Theologus*, Rodolphi Agricolæ Frisii vita, operibus ejusdem Agricolæ præmissa. Coloniæ, Gymnici typis. 1539. 8.

ALARDUS LE ROY, *Iesuita, Belga*, Compendium vitæ Francisci Borgiæ Iesuitæ, sine Auctoris nomine editum. Insulis, apud Petrum de Rache, 1624. in 8. V. Placc. de Script. Anon. p. 167.

ALBERTUS DE ALBERTIS. Lydius lapis ingenii, spiritûs ac morum Gasparis Scioppii. Ejusdem vindiciæ generales adversus famosos Scioppii libellos in Iesuitas. Monachii 1649. in 12.

ALBERTUS BARTOLINUS. De scriptis Danorum liber posthumus, auctior editus à Thomâ Bartolino. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum. 8. 1666.

ALBERTUS CASTELLANUS *Venetus, Ordinis Prædicatorum*, scripsit Catalogum Virorum illustrium Ordinis sui.

ALBERTUS HARDENBERGIUS, Theologiæ Doctor. Vita Wesseli, seu Basilii Gansfortii, sive *Goesvert* Groningensis, cum operibus ejusdem Gansfortii Theologicis. Amstelodami, 1627.

ALBERTUS HUNGERUS, *Professor & Procancellarius Ingolstadiensis*, scripsit Orationem in funere Martini Eisengrenii, Procan-

Procancellarii Ingolstadiensis, & Orationem in funere Caspari Franci, Professoris Ingolstadiensis.

ALBERTVS MAGNVS scripsit speculum Astronomicum, in quo de libris Astronomiæ licitis & illicitis, ac de eorundem Auctoribus, & titulis argutè pertractatur. Lugduni. in 8. & cum reliquis ejus operibus.

Indices variorum ejus operum prodierunt in lucem, cùm Parisiis annô 1642. (vide infrà, verbo *Petrus Louetus*) & anno 1646. tum Lugduni, & fortè etiam alibi. Vide operum ejus editionem Lugdunensem in 22. volumina distinctam, anno 1651. studio Petri Jammy.

ALBERTVS MONACHVS vitas Pontificum scripsit.

ALBERTVS PASCHALERVS. De optimo Philosophorum genere. Venetiis, 1612. in 4.

ALDVS MANVTIVS, *Romanus*, *Typographus*, scripsit Ovidii vitam, quæ præfixa est Herculis Ciofanii in eundem Poëtam Observationibus. Antuerpiæ, ex officinâ Christophori Plantini, 1583. in 8.

Edidit quoque vitam Aurelii Prudentii Clementis, quæ habetur in ejus operibus.

Extat Catalogus omnium librorum qui ex Aldinâ Typographiâ prodierunt.

ALDVS MANVTIVS *junior*, *Pauli filius*, *Aldi nepos*, Librorum in ejus officinâ excusorum Catalogus, editus legitur ante Orationem Italicè scriptam *Dell' origine & successi delli Slavi*, auctore F. Vincentio Pribeno: O. P. Venetiis, apud eundem Aldum, in 4. 1595.

ALEMANNVS ORLANDVS I. V. D. Bononiensis, Oratio in funere Jo. Campegii Antistitis. Bononiæ 1563. apud Peregrinum Bonardum. Oratio in funere Gabr. Paleotti Cardinalis. Ibid. apud Io. Rossium 1598.

ALEMANNVS FINVS. *Scelta de gli huomini di pregio, usciti da Crema, dal principio della Città, sino a' tempi nostri.* In Brescia, 1581. 8.

ALEMANNVS RINVCCINVS, *Florentinus*, Philostrati libros de vita Apollonii Tyanæi è Græco in Latinum transtulit. Venetiis, apud Aldum.

ALEXAN-

ALEXANDER ADIMARI scripsit Italicè Pindari vitam, & Commentaria in opera ejus. Pisæ 1631. in 4.

ALEXANDER BRAVOETIVS, *Iesuita*. Illius studiò atque operâ prodiit Catalogus præcipuorum Auctorum ineditorum Græcè M. S S. qui asservantur in Bibliothecâ Scorialensi Regis Hispaniæ. Quia verò Index ille omnibus fermè eruditis incognitus latet post prolegomena Baltazaris Corderii ad S. Cyrilli Alexandrini Homilias 19. in Ieremiam Latinitate donatas, & Antuerpiæ, in 8. anno 1648. editas, Philippus Labbe integrum illum in nova Bibliothecâ M. S S. librorum à se adornatâ inseruit.

ALEXANDER CAPRARA, *Bononiensis*, *Iesuita*, edidit vitam S. Petri.

ALEXANDER DONATVS, *Senensis*, *Iesuita*, Vitam Pauli V. compendio descripsit, quæ operi Ciacconiano de vitis Pontificum, cum aliorum auctariis Romæ, Typis Vaticanis, anno 1630. impresso, inserta secundis curis est, suppresso Auctoris nomine, ut ait Alegambe.

ALEXANDER FICHETVS, *Sabaudus*, *Iesuita*, Arcana studiorum omnium Methodus, & Bibliotheca scientiarum, librorumque earum ordine tributorum universalis. Lugduni, apud Gulielmum Barbier. 1649. in 8.

ALEXANDER GOTOFREDVS, *Romanus*, *Iesuita*, Oratio in funere Virginii Cæsarini ad S. P. Q. R. dum in æde Virginis Capitolinæ ei parentaretur. Romæ, apud Zannetum. 1624. in folio.

ALEXANDER GRIMALDI, *Patritius Genuensis*, Oratio in funere Andreæ Alciati I. C. habita Ticini 14. Febr. 1550. Papiæ, in 4. 1550.

ALEXANDER HALENSIS, *Anglus*, *dictus irrefragabilis*, scripsit vitam B. Thomæ Cantuariensis.

ALEXANDER LAMVS, *Italus*. Discursus de Sculpturâ & Picturâ, in quo simul de vitâ M. Bernardini Campi, Pictoris Cremonensis agit, Italicè. Cremonæ 1584. in 4.

ALEXANDER MORVS, *Castrensis apud Albios*, *Minister Parisiensis*, *Vir admirando ingenio*, *multiplici eruditione*, *& exquisitâ facundiâ insignis*. Scripsit Orationem in laudem Joannis Calvini

Calvini, in quâ H. Grotius, refellitur. Genevæ, Typis Philippi Gamonet. in 4.

ALEXANDER RAYNALDVS I. V. D. *Bibliotheca Vaticana custos*. De eo ac Dominico fratre, vide sis, Lector curiose, *Apes Vrbanas Leonis Allatii*.

ALEXANDER VELVTELLVS scripsit Italicè vitam Francisci Petrarchæ; quæ extat in limine operum ejusdem Petrarchæ, à Velutello Commentariis Illustratorum. In Vinegia, per Comin di Trino di Montferrato, in 12.

ALEXIVS de MENEZES, *O. A. Archiepiscopus Bracarensis*; Vitæ Sanctorum Augustinianorum Provinciæ Lusitanicæ.

ALFONSVS CAETANVS, *Iesuita*, *Syracusanus*, Vita Francisci Caetani è Societate Iesu. Panormi, per Decium Cyrillum. 1637. in 12.

ALFONSVS CIACONIVS, *Biacensis*, *Ordinis Prædicatorum*, habuit Bibliothecam uberem, in quâ Auctorum nomina & librorum prænotationes erant, sed non eam edidit, ut monuit Antonius Possevinus, initiô Apparatûs sacri ad selectam Bibliothecam. Edidit verò opus Pontificale de Romanorum Pontificum & Cardinalium vitâ & gestis, auctum & locupletatum à Francisco Cabrera, & Andrea Victorello, Romæ editum anno 1630. 2. volum. in folio.

ALFONSVS CRAVEL. *Antiquedad de la Religion*, *y regla de San Basilio Magno*. Matriti, anno 1645. in 4.

ALFONSVS FERNANDES, *Placentinus*, *Hispanus*, *Ordinis Prædicatorum*. Concertatio prædicatoria, pro Ecclesia Catholicâ, contra hæreticos, Gentiles, Judæos, & Agarenos, seu Mahumetanos, per Epitomen in Annales distributa, cum notitiâ Scriptorum, Præsulum, Confessariorum Regiorum, &c. ejusdem familiæ. Salmanticæ. an. 1615. in folio, apud Didacum Cussium.

ALFONSVS GARCIAS MATAMORVS, *Hispalensis*, De Viris Hispaniæ Doctis Narratio Apologetica. Compluti, impensis Alfonsi de Xaramillo. an. 1513. in 8.

Ejusdem, de Academiis & claris Hispaniæ Scriptoribus liber singularis, tum Tomo 3. Rerum Hispanicarum, Francofurti, anno 1603. tum seorsim.

B ALFON-

ALFONSVS LOPEZ. Philoſophia Antiqua Poëtica. Matriti, 1596. in 4.

ALFONSVS LVPEVS, *Cureleanus Medicus*, Catalogus Auctorum qui poſt Galeni ævum Hippocrati & Galeno contradixerunt. Valentiæ Edetanorum, 1589. in 12.

ALFONSVS à MATRE DEI *Hiſpanus*, *Carmelita Excalceatus*, Scripſit Indicem Scriptorum Carmelitarum excalceatorum, quem poſtea edidit Emmanuël Roman Carmelita in fine libri, De Illuſtribus Viris Ordinis Carmelitarum. Matriti, anno 1627. in 4. Latinè, nec-non Hiſpanicè editi.

ALFONSVS MATRITENSIS O. M. Hiſpanicè ſpeculum Illuſtrium Perſonarum ſcripſit; quod Latinum fecit Fr. Joannes Hentenius, ediditque cum verâ Dei inſerviendi Methodo.

ALFONSVS REMON *Hiſtoria general della Orden de noſtra Signora de Mercede*. Matriti, an. 1618. in folio. 2. Volum.

ALFONSVS SALMERON, *Toletanus*, *Ieſuita*, Tractatus, in quo de vitâ, doctrinâ & geſtis S. Petri, ac ſimul de mortis genere, quô Dominum glorificavit, &c. Extat tomo 12. operum præfati Autoris, tractatu 60. Edit. Colonienſis anni 1614. à pag. 384. ad 404.

ALFONSVS DE SANDOVAL, *Ieſuita*, *Hiſpanus*, vitam Franciſci Xaverii, quam Joannes Lucena ſcripſit Luſitanicè in Hiſpanicum ipſe convertit.

ALFONSVS DE VLLOA ſcripſit Hiſpanicè vitam Chriſtophori Colombi, vide infrà, verbo, *Ferdinandus Colombus*.

ALOYSIVS LIPOMANNVS, *Venetus*, *Veronæ Epiſcopus*. Vitæ SS. Patrum ex diverſis Auctoribus collectæ, tomis quatuor. Venetiis, 1551. in 4.

ALOYSIVS NOVARINVS, *Veronenſis*, *Clericus Regularis Theatinus*, Partus litterarius, hoc eſt, brevis ſtrictáque recenſio operum quæ edidit, editionique paravit, aut etiam molitur Aloyſius Novarinus, &c. cum Epiſtolâ ad Gabrielem Naudæum, in quâ Auctoris in ſcribendo mens aperitur. Veronæ, apud Merlum, anno 1646. in 8.

ALVARVS CORDVBENSIS. S. Eulogii Cordubenſis

bensis Martyris, designati Archiepiscopi Toletani, vitam reliquit, quæ operibus ejusdem Eulogii præfixa legitur. Compluti in Hispaniâ, apud Joannem Inniguez, sive Ignatium à Leguerica. 1572.

ALVAR GOMEZ, *Hispanus, Eucaliensis.* Opere de vitâ Francisci Ximenii Cardinalis pari prudentiâ & elegantiâ scripto, summam gratiam à Studiosis inivit, ut ait illustrissimus Thuanus.

AMANDUS *Prior Aquicinctinus*, reliquit amplam Epistolam de vitâ & obitu Odonis Abbatis Monasterii S. Martini Tornacensis, quam in Belgicâ suâ Christianâ edidit Arnaldus Raissius.

AMATUS, *Monachus Cœnobii Cassinensis, & deinde Episcopus*, scripsit ad Gregorium VII. De gestis SS. Petri & Pauli Apostolorum, carmine libr. 4. & De laudibus Gregorii VII. librum.

AMBROSIUS DE ALTAMURA, *Ordinis Prædicatorum.* Bibliotheca Dominicana, primâ ab Ordinis constitutione, usque ad annum 1610. Romæ, sumptibus Nicol. Angeli Tinassii, 1677. in folio.

AMBROSIUS CAMALDULENSIS, *Florentinus, Abbas Generalis sui Ordinis*, è Græco in Latinum transtulit vitam Io. Chrysostomi, à Palladio conscriptam. Vitas Monachorum, & Gregorii Nazianzeni, vitas SS. Patrum Ægypti, & Diogenem Laertium de Vitis Philosophorum.

AMBROSIUS CATHARINUS POLITUS, *Senensis, Archiepiscopus* Compsæ, scripsit Italicè de vitâ Hieronymi Savonarolæ. Venetiis, apud Gabr. Giolitum de Ferrariis, 1648. in 12.

AMBROSIUS CORANUS; seu CORIOLANUS, *Italus, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini*, edidit librum de Vitâ S. Augustini. Dicitur etiam scripsisse Chronicon sui Ordinis, ibique egisse de Scriptoribus.

AMBROSIUS GOZZÆUS, *Ragusius, O. P. Episcopus Tribunæ, ac Mercanæ*, Catalogus Virorum ex familiâ Prædicatorum in litteris insignium. Venetiis, apud Franciscum Barilletum. in 8. anno 1605.

AMBROSIUS MEDIOLANENSIS fecit prolixum

admodùm Chronicon Ordinis Prædicatorum, idque maximis laboribus, vigiliisque, ut de eo ait Leander Albertus, lib. 4. de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum; qui ex ejus Scriptoris fontibus se agellos suos irrigâsse ibidem fatetur.

AMBROSIVS MORANDVS, *Bononiensis, Prior Generalis Canonicorum Regularium Congregationis S. Salvatoris*, scripsit vitam Augustini Steuchi Eugubini, Parisiis. 1591. Cum ejus operibus.

AMILIVS BVRANVS, *Congregationis Fratrum D. Hieronymi*, reliquit Epistolam de fœlici obitu M. Lutheri.

AMMONIVS *sive* JOANNES PHILOPONVS, scripsit Græcè Aristotelis Vitam, quæ à Petro Jo. Nunnesio Valentino in linguam Latinam versa est, additis Notis. Amstelod. apud Commelinum. in 8. 1611. & Lugd. Batavorum. 1621. in 8.

AMPHILOCHIVS, *Episcopus Iconii*, S. Basilii Magni vitam scripsisse perhibetur, sed quæ ei tribuitur tanquam spuria à Criticis rejicitur.

AMYCVS. *La vie de St Bernard premier Abbê de Clairvaux par le Sr. l'Amy. A Paris, chez Antoine Vitré, & la Veuve Martin Durand.* 1556. *in* 8.

ANASTASIVS ROMANVS, *dictus Bibliothecarius*. Historia de Vitis Pontificum, à Joanne Busæo Belgâ, Noviomagensi Jesuitâ edita; adjectis duabus vitis ex Gulielmo Bibliothecario. Moguntiæ, Typis Albini 1602. Accessit Luitprandi Ticinensis Diaconi, opusculum de vitis Pontificum. Item Abbonis Floriacensis Epitome de vitis Pontificum ex Anastasii historiâ excerpta, Postea Parisiis 1620. apud Seb. Cramoisy, studiô Jac. Sirmondi, vide infrà, verbo, *Antonius Dandinus Altaserra*. Idem Anastasius, transtulit è Græco in Latinum, Joannis Eleemosinarii vitam, vitásque multorum Patrum.

ANASTASIVS, à S. AGNETE, O. A. *Excalceatorum, dicitur scripsisse de Scriptoribus sui Ordinis.*

ANDREAS ALPAGVS, *Bellunensis*, *Medicus*. In præfatione ad Glossas Avicennæ scribit se transtulisse Historiam Arabicam de Vitis Philosophorum, & Medicorum Arabum & Græcorum.

AN-

ANDREAS BAJANVS. Panegyricus Memoriæ rerum gestarum à Ioan. Zamosco Cancellario Regni Poloniæ. Romæ, 1617. in 4. Hic est Autor libri de Senatu, qui à quibusdam Carolo Sigonio tribuitur.

ANDREAS CALAGIVS, *Vratislaviensis.* Natales Virorum illustrium.

ANDREAS CELLARIVS, *Palatinus, Scholæ Hornanæ in Hollandiâ Boreali Rector*, Ad calcem Proloquii Harmoniæ Macrocosmicæ anno 1601. Amstelodami excusæ, in majori folio. Catalogum Variorum Auctorum exhibet, præcipuè Mathematicorum, ab initio Mundi usque ad nostra tempora.

ANDREAS CHIOCCVS, *Veronensis*, De Collegii Veronensis Medicis, & Philosophis, qui vel scribendo, vel publicè profitendo, Collegium, patriam, & bonas litteras illustrârunt, ex quorum moribus, & præceptis, perfecta optimi Medici idea colligi potest. Veronæ, Typis Angeli Tami. 1623. in 4.

ANDREAS COBAVIVS, *Iesuita, Carniolus*, vertit ex Italico in Latinum, vitam B. Ioannis Dei, fundatoris Fratrum misericordiæ, quæ, tacito ejus nomine, prodiit, ut refert Alegambe.

ANDREAS DV CHESNE, *Turonensis, Geographus Regius & Genealogus.* Bibliotheca Historiarum Galliæ, Linguâ vernaculâ bis edita est, Parisiis, in 8. apud Sebastianum Cramoisy; primùm anno 1618. tum auctior atque emendatior, anno 1627. Eam infinitis partibus locupletavit Ludovicus Iacob à S. Carolo.

Ejusdem Andreæ Du Chesne, series Auctorum omnium qui de Francorum Historiâ, & Rebus Francicis, tum Ecclesiasticis, tum sæcularibus scripserunt, ab exordio Regni Franciæ, ad nostra usque tempora. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Sebastiani Cramoisy. in folio. anno 1633. tum secundâ editione. anno 1635.

Idem vitam B. Alchuini præmisit operibus ejus anno 1647. Parisiis, in folio, editis.

Ejusdem, *Histoire des Papes, & Souverains Chefs de l'Eglise. A*

Paris, cheZ Gervais Abel, & Iaques Villery. 1645. *in folio.*

Ejuſdem, *Sommaire diſcours de la vie de Iuvenal.* Extat in limine Satyrarum Juvenalis ab Andreâ Ducheſne in linguam Gallicam converſarum. Pariſiis, apud Joannem de Bouc. 1607. in 8.

ANDREAS DVDITHIVS, vide infrà, verbo, *Ludovicus Baccatellus.*

ANDREAS DVSAVSSAY, *Pariſinus*, ex *Eccleſiæ SS. Lupi & Ægidii Paſtore, & Officiali Pariſienſi, Epiſcopus & Princeps Tullenſis*, Vita Philippi Nerii. in 4. Tullii. 1664.

Ejuſdem, Martyrologium Gallicanum, in quo Variorum Pontificum Romanorum Elogia continentur. Pariſiis, 1637. in folio.

Ejuſdem, de Myſticis Galliæ Scriptoribus, qui primâ Eccleſiæ Centuriâ, ſeu ſæculo floruerunt, cum Polemico tractatu de Apoſtolatu Gallico S. Dionyſii Areopagitæ. Pariſiis, in 4. anno 1639. ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy.

Idem anno 1656. Pariſiis, in folio, apud Seb. Cramoiſy excudendum curavit volumen, de S. Andreæ laudibus & gloriâ, ubi de Scriptoribus, aliiſque qui *Andreæ* nuncupati ſunt.

Ejuſdem, continuatio Bellarmini de Scriptoribus Eccleſiaſticis, complectens Scriptores CXXI. uſque ad annum 1609. Tulli Leucorum apud Laurentios 1665.

ANDREAS FELIBIEN, *Entretiens ſur les ouvrages & les vies des plus excellens Peintres Anciens & Modernes. A Paris, cheZ Pierre le Petit. in* 4. 1666. Vide ſuprà, *Acacius de ſamma.*

ANDREAS FVLVIVS, *Præneſtinus*, aliàs, *Sabinus.* Illuſtrium Virorum ac Mulierum imagines. Romæ, apud Jacobum Mazochium, anno 1517. octernionibus triginta.

ANDREAS GERARDVS HYPERIVS, *Iprenſis*, ſcripſit vitam Joachimi Fortii Ringelbergii, quæ unà cum Ringelbergii Opuſculis excuſa eſt à Sebaſtiano Gryphio.

ANDREAS HOJVS, *Brugenſis.* Vita Iacobi de Vitriaco, Cardinalis, præmiſſa Hiſtoriæ Orientali ejuſdem Cardinalis. Typis Belleri 1597. in 8. Duaci.

Scripſit quoque Carmine vitam Antonii Mejeri nati Vleternis, juxta Bolliolum, Flandriæ oppidum, Hiſtorici ac Poëtæ, Atrebatenſis Gymnaſii Moderatoris; & Romanorum Pontificum vitas verſû Heroïco.

AN-

ANDREAS KESLERVS, *Theologiæ Doctor, & Superintendens Eisfeldensis*, scripsit Parentationem in funus Caspari Finckii Giessensis Philosophi, & Theologi, Superintendentis Saxo-Coburgici.

ANDREAS LACVNA, *Secobiensis Medicus*, edidit Galeni vitam cum Epitome ejus operum. Basileæ, 1551. in folio. Argent. 1609. fol. Lugd. 1553. 4. Vol. in 16.

ANDREAS LOOSSIVS. Oratio de vita & obitu Ioannis Oporini Basiliensis celebris & docti Typographi.

ANDREAS LVCAS, *Iesuita*, *Hispanus*. Scripsit vitam Ignatii Loyolæ.

ANDREAS MASSA, *Melfitanus*; *Le glorie d'Iraele racchiuse nella vita di Mosè, libri 3. In Genova, per Pietro Gio. Calenzani, & Gio. M. Farroni compagni*, 1638. *in* 12.

ANDREAS MVGNOTIVS. De Eremo Camaldulensi. Romæ, 1570. in 4.

ANDREAS DE PVTEO. Vita Aloysii de Lanuza Jesuitæ. Neapoli, 1679. in 4.

ANDREAS RAVCBARVS in Hemsendorff, *Iurisconsultus, Professor Witebergensis, Ducis Saxoniæ Consiliarius*, Oratio de vita, & obitu Matthæi Wesembecii Antuerpiani J. C. nobilissimi. Wittebergæ, 1587. in 4.

ANDREAS RIVETVS, *San-Maxentianus Picto, in Hollandiâ Minister.* Extat aliquoties editus Criticus Sacer, in 8. Idem tomo 2. operum ejus in folio excusus est.

ANDREAS ROSSOLVS *à Monteregali, Congregationis S. Bernardi Ordinis Cisterciensis*, Syllabus Scriptorum Pedemontii, in quo brevis librorum, patriæ, generis, & nonnunquam vitæ notitia traditur. Additi sunt Scriptores Sabaudi, Montferratenses, & Comitatûs Niciensis. Monteregali, in 4.

ANDREAS DE SANCTO THOMA, *Ordinis Excalceatorum S. Augustini, Genuensis, vita e miracoli del glorioso S. Nicolo da Tolentino dell' Ordine Augustiniano. In Genova.* 1640. in 8.

ANDREAS SCHOTTVS, *Antuerpianus, Iesuita.* Vita Jacobi Laines Soc. Jesu Præpositi Generalis secundi, & de

vitâ

vitâ & ſcriptis Alphonſi Salmeronis,ex Hiſpanicâ Petri Ribadeneiræ. Coloniæ, apud Mylium, 1604. in 12.

Ejuſdem, Vita Franciſci Borgiæ S. I. Præpoſiti Generalis tertii, ex Hiſpanicâ ejuſdem Ribadeneiræ. Ibidem 1603. in 12. & Antuerpiæ, Typis Trognæſii. in 8.

Ejuſdem, Hiſpanica Bibliotheca tribus Tomis diſtincta: in 1. Hiſpaniæ Religio, Academiæ, Bibliothecæ, Epiſcopi, Concilia, Reges, &c. 2. Elogium Scriptorum Veterum, Recentium, Theologorum, Religioſorum. 3. Elogia, & Nomenclator diverſarum Nationum Hiſpaniæ, Bæticorum, Luſitanorum, Carpetanorum, ac Valentinorum. In fine compendiô ſe A. S. Peregrinum indicavit. Francofurti, anno 1618. in 4. apud Claudium Marnium, & hæredes Joannis Aubrii. Eodem referre licet Valerii Andreæ Catalogum clarorum Hiſpaniæ Scriptorum, de quo infrà.

Videndi quoque Hiſpaniæ illuſtratæ Autores Varii, partim nunc primùm editi, partim aucti, atque emendati, ac tomis aliquot diviſi, ejuſdem Schotti operâ, & ſtudiô. Francofurti, 1603. apud Aubrium. In Tomo 2. habetur Alfonſi Garciæ Matamori de Academiis & claris Hiſpaniæ Scriptoribus liber ſingularis, de quo etiam ſeorſim egimus.

Ejuſdem Andreæ Schotti, Catalogus Catholicorum S. Scripturæ Interpretum, Serie librorum Biblicorum. Coloniæ, in 4. anno 1618.

Biennio antè fecerat publici juris Indicem Auctorum Romanorum, externorum, & Medicorum qui à C. Plinio in naturali Hiſtoriâ citantur; Et Tabulis rei nummariæ Romanorum, Græcorúmque ad Belgicam, Gallicam, Hiſpanicam, & Italicam monetam revocatæ, ſubjecerat Græcos, Latinóſque, cùm antiquos, tum recentiores, qui de ponderibus, menſuris, & de re nummariâ ſcripſerunt. Antuerpiæ, in 8. anno 1616. apud Gerardum Voiſcharium.

Celebratur quoque ejuſdem Catalogus Scholaſticorum Theologorum, ſeu Interpretum D. Thomæ. Coloniæ, apud Joannem Kinchium. 1618. in 4. ſed falso.

Idem de præcipuis Autoribus Latinis, quod quidem ad eloquentiam

quentiam facit in aliquot ætates divisis egit, Tullianarum quæstionum lib. 1. cap. 13. 14. 15. 16.

Idem in vitis comparatis Aristotelis, ac Demosthenis, Augustæ Vindelicorum, Typis Christophori Mangi. 1603. in 4. editis, de Variis Aristotelicorum operum Interpretibus Græcis, Latinísque judicium vulgavit.

Ejusdem, Laudatio Antonii Augustini Archiepiscopi Taraconensis, Typis Raphelengii. 1586. in 4.

Idem scripsit Caroli Langii Gandensis, Canonici Leodiensis, vitam, quæ adjuncta est ejusdem Schotti Observationum humanarum libris quinque, Hanoviæ. Typis Wechelianis. 1615. editis in 4.

ANDREAS STIBORIVS, *Bojus, Canonicus Viennensis in Austriâ ad Danubium*, libellum de Auctoribus Mathematicis edidisse dicitur.

ANDREAS TAVRELLVS, *Divionensis, In Academiâ Bononiensi Linguæ Græcæ Professor I. C.* De rebus gestis Vrbani VIII. Panegyricus. Addita sunt ad calcem Elogia S. R. E. Cardinalium, quos Urbanus VIII. in ordinem Sacri Collegii cooptavit. Bononiæ. 1639. in folio.

Idem fertur Tumulos & Elogia edidisse.

ANDREAS THEVETVS, *Engolismensis, Cosmographus Regius. Histoire des plus Illustres & Savans Hommes de leurs Siècles, tant de l'Europe, que de l'Asie, Afrique, & Amerique, avec leurs portraits en taille douce, tirez sur leurs véritables originaux.* A Paris, 1584. in folio. Et chez François Mauger. 1671. Octo Volum. in 12.

Idem in Cosmographiâ Gallicè scriptâ nonnulla habet de plerisque Viris Doctrinâ illustribus.

ANDREAS TIRAQVELLVS, *Fontiniacensis Picto, in supremo Senatu Parisiensi Senator*, Libri de Nobilitate, capite 31. texuit Catalogos Sanctorum qui Medici, aut Medicinâ usi, Angelorum Medicorum, Regum, Imperatorum, Summorum Pontificum, Poëtarum, Philosophorum, Scriptorúmque similiter Medicorum, Veterinariorum quoque, ac Mulierum Medicarum. Idem fusè disserit de Mulieribus quæ eruditione ac doctrinâ viros superârunt.

ANDREAS VALADIER. Theologiæ Doctor. *Epitaphe Panegyrique sur la Vie, les mœurs, & la mort d'Anne d'Escars, dit Cardinal de Givry, &c.* Parisiis, apud Petrum Chevalier. 1612. in 8.

ANDREAS UBALDUS. Pontici Viruni vita. Bononiæ. 1655. in 4.

ANDREAS VICTORELLUS. *Bassanensis Italus*, vide, Alfonsus Ciacconius.

ANDREAS WILKIUS. Oratio in obitum Michaëlis Julii. Erphordiæ, apud Pistorium. 1606. in 4.

ANDREAS WECHELUS. *Typographus*, Wechelianæ Officinæ Catalogus secundùm Disciplinarum Classes digestus. Francofurti, apud Andreæ Wecheli hæredes, Claudium Marnium, & Ioan. Aubrium. 1590. in 8.

ANGELICUS APROSIUS, *Vintimiliensis*, *Augustinianus*, Michaël Justinianus libro de Scriptis Ligurum asserit Aprosium parare Bibliothecam Aprosianam, & Athenas Italicas, de claris Viris qui Italiam Scriptis editis & ineditis illustrârunt. Petrus autem Scavenius Auctor est, Aprosium contexuisse Bibliothecam Apocryphorum, de quâ videatur Ioannes Rhodius in Catalogo Auctorum suppositiorum.

ANGELUS DECEMBRIUS, *Mediolanensis*, In Politiâ litterariâ, editâ Augustæ Vindelicorum, anno 1540. in folio, scripsit de Græcis Auctoribus qui magis opportuni; De sui sæculi Auctoribus quædam breviter; De plerisque librorum ineptiis, & Apocryphis indignè suppositis; De librorum bonitate quædam egregia; De libris Italici Sermonis, &c.

ANGELUS GALLUCCIUS. Oratio in funere Scipionis Cobellutii S. R. E. Cardinalis, Romæ. 1616. in 4.

ANGELUS MANRIQUE, O.C. De Scriptoribus Ordinis Cisterciensis agit in Annalibus Cisterciensibus, quorum quædam volumina prodierunt Lugduni, in folio.

ANGELUS OLIVA, *Iesuita, Italus*, Vitæ Virorum illustrium Societatis Iesu in Provinciâ Peruanâ.

ANGELUS PORTENARIUS, *Patavinus*, *Augustinianus*, libro septimo operis inscripti *Della felicita di Padoa*, recenset multos variarum Scientiarum Auctores, & eorum

opera.

opera. Patavii. 1623. in folio, apud Petrum Paulum Tozzi.

ANGELVS ROCCHA, *seu* ROCHENSIS. *Camers*, *Eremita Augustinianus*, *Episcopus Tagastæ*, *& Apostolici Sacrarii Præfectus*, Bibliotheca ex præcipuis tantùm quibusdam & gravioribus Theologis, quos Scripturales vocant, compilata, & Studiosorum commodo edita. Romæ. 1594. in 8. & in 4.

Bibliotheca Apostolica Vaticana à Sixto V. Pontifice in splendidiorem & commodiorem locum translata, &c. à fratre Angelo Roccha, &c. Commentario Variarum Artium ac Scientiarum materiis curiosis refertissimo, illustrata. Romæ, anno 1591. in 4. ex Typographiâ Apostolicâ Vaticanâ. Præmisit Authorum quos citat nomina, cognomina, origines, monimenta insigniora, & Elogia breviter conscripta, atque ex probatissimis Scriptoribus desumpta.

Index librorum F. Angeli Rocchæ Episcopi Tagastæ, &c. Romæ, apud Gulielmum Franciottum, anno 1611. in 4.

Angelicæ Bibliothecæ omnium Artium & Scientiarum generibus refertissimæ Catalogus. Romæ, in ædibus Augustinianis, apud Sebastianum Paulinum. 1608. in 8.

ANGELVS SAHARRO, *Barcinonensis*, *Carmelita*, scripsit de Illustribus Viris Ordinis Carmelitani librum, quem ferunt M. S. S. extare apud Barcinonenses Carmelitas.

ANGELVS A SANCTO FRANCISCO, *Anglus*, *Ordinis Minorum*, Catalogus Scriptorum Illustrium Anglorum Ordinis Seraphici S. Francisci. Duaci, apud Balthazarum Bellerum. 1649. in 4.

ANGELVS SANGRINVS, *Monachus Benedictinus*, scripsit vitam S. Benedicti Carmine & solutâ Oratione.

ANNA PFERINGERIN, *Germana*, *Abbatissa secunda Monasterii Neuburgensis*, scripsit vitam S. Hilarii Episcopi, Germanicâ Linguâ.

ANNIBAL CANALIS, *Iesuita*. *Vita de' Patriarchi, ò vero de gli Institutori de gli Ordini. In Roma, appresso Stephano Paulino & Gugli. Facchiotti.* 1623. in folio.

ANNIBALDVS CECCANVS, *Romanus*, *ex Archiepiscopo Neapolitano*, *Episcopus Cardinalis Tusculanus*, Vitas

Apostolorum Petri & Pauli Heroico Carmine conscripsit.

ANSELMUS, *ABBAS*, scripsit Gallicè Orationem funebrem in obitum Leonoræ de Rohan, pietate, eruditione, & paraphrasibus in Salomonis opera illustris. *Oraison funebre de tres-illustre & vertueuse Princesse Marie Eleonor de Rohan, Abbesse de Malnoue.* Parisiis, apud Sebastianum Mabre-Cramoisy. 1682.

ANTILOCHUS scripsit de omnibus Viris doctis à Pythagoræ ætate ad mortem Epicuri. Vide Vossium de Viris Græcis, lib. 3. pag. 323.

ANTONINUS, *Archiepiscopus Florentinus*, *Ordinis Prædicatorum*, Historiarum, sive Chronicorum opus. Lugduni, in folio, tribus Tomis, in quo agit de Viris doctrinà illustribus.

ANTONIUS DE S. ANDREA. *La vie de Monsieur de Noblets. Prêtre & Missionaire de Bretagne.* Parisiis, apud Jo. Cusson. 1666. in 8.

ANTONIUS AUBERI, *Parisinus I. C.* edidit Gallicè Historiam generalem Cardinalium à tempore Leonis IX. hoc est, anno Æræ Christianæ M. L. ad nostram ferè ætatem, quinque Tomis, in 4. Parisiis. Primum quidem, anno 1642. apud Joannem Jost. Reliquos quatuor ab anno sequenti 1643. apud Michaëlem Soly. Addidit posteà Tomum unum in 4. de vità Cardinalis Francisci Joyeusæi, anno 1654. apud Robertum Denain, & tres Tomos in folio, De vità & gestis Armandi Richelii, 1660. apud Antonium Bertier.

ANTONIUS AUGUSTINUS, *Cæsar-Augustanus, ex Allifano, & Ilerdensi Præsule, Archiepiscopus Tarraconensis.* Illius summi Viri Bibliothecæ, Latina, Græca, Mixta, Manuscripta. Taracone, in 4. anno 1586.

ANTONIUS BALINGHEMIUS, *Iesuita*, *Audomarensis*, transtulit in Gallicum ex Italico vitam Aloysii Gonzagæ. Duaci. 1608. & correctiùs Lugduni, apud Rigaud. 1609.

ANTONIUS BONFINIUS, *Asculanus*, transtulit libros Philostrati de Vitis Sophistarum.

ANTONIUS BONIELLUS, *Delphinas*, scripsit Gallicè vitam Claudii Expillii Præsidis in Senatu Gratianopolitano, Gratianopoli, 1660. in 4.

ANTO-

ANTONIUS BRUNUS. Oratio funebris in laudem Angeli Grilli Genuensis, habita Romæ in Academia Humoristarum.

ANTONIUS BUMALDUS, vide, *Ioannes Antonius Bumaldus.*

ANTONIUS CAMAJOLUS. Pauli IV. Pontificis Maximi, Bonifacii à Colle, & Pauli Consiliarii Vitæ. Coloniæ Ubiorum, apud Joan. Kinckium, 1611. in 4.

ANTONIUS CARACIOL, *Neapolitanus*, *Clericus Regularis*, Vita Pauli IV. & B. Caëtani, & Sociorum Ordinis, & vita S. Antonini.

ANTONIUS CARTULARIUS, *Patavinus*, exemplo Diogenis Laertii consarcinavit non exiguo labore opus, nec injucundum, nec inutile, de Vitis & moribus Philosophorum, ut ait Vossius de Histor. Latin. lib. 3. c. 9.

ANTONIUS CIAPPI. vide, *Marcus Antonius Ciappi.*

ANTONIUS CICARELLA. *Le vite de' Pontefici con le effigie di Giovano Baptista de Cevalleri.* 1588. in 4. Coloniæ Agrippinæ, 1600. & alibi.

ANTONIUS CLEMENTIUS. Vita Claudii Salmasii Divionensis, Epistolis ejus præfixa. Lugduni Batavorum, ex Officinâ Adriani Wyngaerden. in 4. anno 1656.

ANTONIUS COLARUS, *Iesuita*, *Lusitanus*, scripsit Vitam Gonzali Sylveiræ Iesuitæ.

ANTONIUS DANDINUS ALTASERRA. Notæ & Observationes in Anastasium de vitis Pontificum. Parisiis, apud Ludovicum Billaine. 1680. in 4.

ANTONIUS FAYUS, *Dunensis, Ecclesiastes & Theologiæ Professor apud Genevenses.* De vitâ & obitu Theodori Bezæ Vezelii &c. ὑπομνημάτιον. Genevæ, apud Jacobum Chouët. 1616. in 4.

ANTONIUS FUEN-MAJOR, *vel à Fonte Majori, Hispanus, vida y hechos de Pio quinto &c. En Madrid*, 1639. in 8. Edidit quoque sermone Hispanico Romanorum Pontificum Historiam.

ANTONIUS FLOREBELLUS, *Mutinensis*, Vita Jacobi Sadoleti Cardinalis, adjuncta Epistolis ejusdem Sadoleti. Lugduni, anno 1550. in 8.

ANTONIUS FONSECA. S. Thomæ de Vio Cajetani Cardinalis vita, quæ cum Commentariis ejusdem Cardinalis in Pentateuchum impressa est, Parisiis, apud Joannem Parvum. anno 1539.

ANTONIUS FRANCISCUS DONIUS, *Florentinus, La libraria divisa in tre Trattati; Nel primo sono scritti tutti li Autori volgari, con cento e più discorsi sopra di quelli; Nel secondo, sono dati in luce tutti i libri, che l'Autore hà veduti à penna, il nome de' compositori dell' opere, i titoli, &c. Le materie; Nel terzo, si legge l'inventione dell' Academie, insieme con i sopranomi, i motti, le imprese, & l'opere fatte da tutti li Academici. In Vinegia, appresso Gabriel Giolito de Ferrari.* 1557. in 12. & Ibidem, apud Altobellum Salicatum. 1580. in 12.

ANTONIUS FUMANELLUS, *Veronensis, Medicus,* scripsit de vitâ & moribus Galeni. Tiguri, apud Andr. Gesnerum, 1557. in folio. & Parisiis, apud Claud. Morellum, in folio, Magdeburgi, apud Joannem Franck. 1592. eadem formâ.

ANTONIVS GALLONIVS, *Romanus, Congregationis Oratorii.* Vita Philippi Nerii Florentini, fundatoris ejusdem Congregationis. Moguntiæ, è Typographiâ Balthasaris Lippii. 1602. & Neapoli 1608. in 8.

ANTONIUS GODELLUS, *Episcopus Venciensis, Drocensis in Belsiâ. Vnus è quadraginta Academiæ Gallicæ. Les Eloges des Evêques qui dans tous les Siécles de l'Eglise ont fleuri en doctrine & en sainteté, par Antoine Godeau Evêque de Vence. A Paris, chez François Muguet,* 1665. *in* 4.

Idem scripsit Orationem disertissimam in obitum Dionysii Cordesii Regis in Castello Consiliarii, Viri, Latinè, Græcè & Hebraïcè docti, & vitas S. Pauli Apostoli. S. Augustini; S. Caroli Borromei, & Elogium S. Francisci de Sales. Egit quoque de Doctoribus Ecclesiasticis in Historiâ Ecclesiasticâ à se adornatâ & editâ. Parisiis, tribus voluminibus in folio.

ANTONIUS DE GOVEA, *Episcopus Cerenensis,* scripsit Hispanicè vitam Joannis de Deo fundatoris Ordinis Religiosorum *fate ben fratelli.* Matriti, apud Thomam Juntam, 1624. in 4.

ANTO-

ANTONIUS HULSIUS, *Theologiæ Doctor, ejusdémque ut & Linguæ S. Professor in Academiâ Lugduno-Batavâ*, vitæ suæ curriculum enarrat in Epistolâ dedicatoriâ libri, cui titulus, *Nucleus Prophetarum*. Lugduni Batavorum, 1684. in 4.

ANTONIVS JOANNES DE CENTELLAS, *Valentinus in Hispaniâ. Elogios del Illustrissimo y eruditissimo D. Onorato Iuan Obispo de Osma. En Valencia.*

ANTONIVS DE LEONE PINELLO, *Hispanus, Relator supremi Regii Indiarum Consilii*, Epitome Bibliothecæ Orientalis, Nauticæ, & Geographicæ. Madriti, anno 1629. apud Joannem Gonzales. in 4. *Epitome de la Bibliotheca Oriental y Occidental, Nautica y Geographica, por Antonio de Leon, &c.*

Bibliothecam ejusdem Marianam, sed Manuscriptam, allegat Petrus ab Alva & Astorga Minorita in Sole veritatis, ubi per tres Classes agit de Autoribus scribentibus, pro & contra Mysterium Conceptionis, folio 223. ventilabri; Et folio 225. tradit in illâ haberi plusquàm mille quingentos libros magnos & parvos, qui à primo usque ad ultimum verbum solùm agunt de S. Virgine Mariâ, ac illius Mysteriis, ejusdémque paratum esse indiculum.

ANTONIVS LOYSELLVS, *Bellovacus, Curiæ Parisiensis Advocatus.* Inter varia ejus opuscula posthuma, studiô Claudii Joly Canonici B. Mariæ Parisiensis, edita anno 1652. in 4. extat Dialogus Inscriptus, *Paschasius*, seu, De Advocatis supremæ Curiæ Parisiensis, in quo, adjunctísque Notis, plurima leguntur observatione dignissima. Habentur in eodem volumine Vitæ Jo. Baptistæ Menilii, Petri Pithei & P. Rutilii Rufi J. C. Omnia hæc opera Idiomate Gallico sunt conscripta.

Idem Loysellus scripsit librum, cui Titulus, *Memoires de Beauvais*, in quo agit de Illustribus Bellovacensibus. A Paris, chez Samuel Thiboult, 1597. in 4.

ANTONIVS LOLLIUS, aliàs LULLIUS, *Gemmianensis.* Oratio habita in funere D. Philippi Cardinalis Matisconensis, impressa est in Italia, cum Antonii Mancinelli Rhetoricâ.

ANTONIUS LUPIS. Vita Jo. Francisci Loredani Senatoris Veneti. Venetiis, anno 1663. in 4.

ANTO-

ANTONIUS DE MACEDO, *Conimbricensis*, *Iesuita.* Lusitania infulata & purpurata, seu, Pontificibus Romanis, & Cardinalibus illustrata. Parisiis, 1663. in 4. apud Seb. Cramoisy, & Seb. Mabre-Cramoisy.

ANTONIUS MALLETUS, *Redonensis*, *Ordinis Prædicatorum*, scripsit Gallicè Historiam Sanctorum Paparum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Doctorum, & aliorum Virorum Illustrium, qui aut Priores fuerunt, aut Religiosi, in Conventu S. Jacobi Parisiensis Ordinis Prædicatorum. Parisiis, apud Joann. Branchu. 1634. in 8.

ANTONIVS MANCINELLVS, *Volaterranus*, *Insignis Grammaticus qui vixit circa annum* 1490. scripsit Carmen de vitâ suâ, patriâ, parentibus, & studiis, & Horatii vitam præfixam ejus Commentariis in Horatium.

ANTONIVS MARIA GRATIANVS, *ex Sepulchro Burgensi Civitate in Ditione Florentinâ oriundus*, *Episcopus Amerinus*, *Sixto V. à Latinis Epistolis.* De vitâ Joannis Francisci Commandoni Cardinalis liber. Parisiis, anno 1669. in 4.

ANTONIVS MARIA VENVSTVS. Epistola, & Oratio quâ vivus, quâ mortuus laudatur Augustinus Montalcinus Eremitani Ordinis. Mediolani, 1660. 8.

ANTONIVS MARINARIVS, *Carmelita*, *Gryptaliensis*, *Theologiæ Lector*, Oratio in funere Cardinalis Mellini, Romæ, apud Jacobum Mascardum, in 4. 1629.

ANTONIVS MEYERVS, *Flander.* Epicedia, & Tumuli celebrium aliquot Virorum. Atrebati. 1594. in 4.

ANTONIVS MIZALDVS, *Bojus Medicus*, scripsit carmine vitam Orontii Finæi, Regii Mathematum Professoris: Lutetiæ, apud Ægidium Gourbinum, 1555. in 8.

ANTONIVS MONTENEGRVS, *Patritius Genuensis. Relatione della vita di Gregorio X V. summo Pontefice, & de' Cardinali delle S. Chiesa Romana, scritta anno* 1612.

ANTONIVS MORNACIVS, *Advocatus in supremo Senatu Parisiensi*, Feriæ forenses, & Elogia illustrium Togatorum Galliæ ab anno 1500. Parisiis, apud Nicolaum Buon. 1609. in 8.

ANTONIVS NIGRINVS. Cælestini I V. Rom. Pontificis Elogium.

ANTO-

ANTONIUS PENNA, *Ordinis Prædicatorum*, scripsit vitam Catherinæ Senensis.

ANTONIUS PERIANDER, Vita Francisci Guieti, hujus in Terentium Commentariis præfixa. Argentorati, 1657.

ANTONIUS PETRUS GARIEL. Series Præsulum Magalonensium & Mónspeliensium. Tolosæ, ex Typographia Franc. Boude, 1652. in folio.

ANTONIUS DE S. PETRO, *Fuliensis*, scripsit vitam Eustachii de S. Paulo ejusdem Ordinis editam Parisiis, anno 1646.

ANTONIUS POSSEVINUS, *Mantuanus*, *Iesuita*, Bibliotheca Selecta XVII. libris constans, in quâ agitur de ratione studiorum in Historiâ, in disciplinis, in salute omnium procurandâ. Romæ, in folio, ex Typographiâ Apostolicâ, anno 1593. tum Venetiis apud Altobellum Salicatium, ac Coloniæ, annis 1603. 1607. apud Joan. Gymnicum &c. In eâ sæpè Judicium interponit de Variis Autoribus Antiquis, recentioribúsque, Hebræis, Græcis, Latinis, & qui vernaculis Dialectis scripsêrunt.

CHRISTIANVS CELLARIVS, *Isenbergensis*, *Furnensi in agro apud Flandros natus*, dicitur edidisse Epitaphia quorundam Virorum Illustrium. Verùm de iis nihil apud Valerium Andream.

CHRISTIANVS MASSÆVS, *è Varnesluno* sive *VVastenâ oriundus ad Lisam Fluvium in Flandriâ*, *Congregationis S. Hieronymi Presbyter*, scripsit Vitam Hieronymi Stridonensis, quæ legitur in Chronico ab eodem Massæo exarato, & edito, Antuerpiæ, typis Joan. Criniti, 1540. in folio.

CHRISTIANVS MATTHIAS, *S. Theologiæ Doctor, antea in Noricâ Academiâ Altorphianâ, & postea in Regiâ Soranâ Professor primarius.* Theatrum Historico-Theoretico-practicum. Edit. 3. Amstelodami, apud Danielem Elzevirium, 1668. in 4. In eo Elogia Illustrium Scriptorum breviter describuntur.

CHRISTIANVS URSTITIVS, *Basileensis*, *Mathematicæ Professor.* Epitome Historiæ Basileensis, in quâ clarorum Civium monumenta, & Elogia complectitur. Basileæ, apud Sebastianum Henric-Petri, 1577. in 12.

CHRISTO-

CHRISTOPHORUS ADAM RUPERTUS, *Professor Altorphianus.* Oratio funebris de genere, vitâ, & obitu Michaëlis Virdungi, Politices & Historiarum Professoris, in Academiâ Altorfianâ. Vide quoque infrà in Autoribus de ratione studii.

CHRISTOPHORUS ADAM WENZELIUS, *Baro à Sarabiz in Trisch*, scripsit Panegyrin memoriæ Conrardi Ritterhusii consecratam.

CHRISTOPHORUS ARNOLDUS. Vita Marci Velseri Reipublicæ Augustanæ Duumviri, præmissa ejus operibus Historicis & Philologicis, ab eodem Arnoldo in lucem emissis. Noribergæ, 1682. in folio.

CHRISTOPHORUS ANDREAS HARSDOEFFER, *Patritius Noricus*, edidit Panegyricum funebrem, quô Tobiæ Oelhafen à Scolnbach. J. C. Universitatis Noricæ Professoris memoriam publicâ pietate honoravit.

CHRISTOPHORUS BALDEMBACHIUS. Panegyricus memoriæ, ac honori Thomæ Lansii dicatus, dictúsque publicè, à Chr. Baldembachio. Tubingæ, 1638. in 4.

CHRISTOPHORUS BESOLDUS, *Germanus.* Romanorum Pontificum Series & Vitæ, Argentorati, 1633. in 12. apud hæredes Zetzneri.

CHRISTOPHORUS, *Archipresbyter Bononiensis*, scripsit Vitam Francisci Castillionensis, Presbyteri & Canonici S. Laurentii Urbis Florentinæ.

CHRISTOPHORUS BROVERUS, *Iesuita.* Sidera Illustria Sanctorum Virorum, qui Germaniam ornârunt. Moguntiæ, 1616. in 4.

Idem scripsit Vitam Venantii Honorii, sive Honorati Clementiani Fortunati, præfixítque collectioni carminum, & aliquot opusculorum, excusæ in 4. annis 1603. & 1616. Moguntiæ, apud Balthazarem Luppium.

CHRISTOPHORUS COLERUS, *Francus*, scripsit Laudationem honori & memoriæ Martini Opitii.

CHRISTOPHORUS FERG, *sive* FREG, *Medicus & Custos Bibliothecæ Ingolstadii*, Catalogus perpetuus & Alphabeticus omnium librorum Bibliothecæ Academiæ Ingolstadiensis, Secun-

dùm quatuor Facultates, in classes 25. tributus. Ingolstadii, in folio, anno 1600. apud Weillerum, aut præcedenti 1599. apud Andream.

CHRISTOPHORUS GIARDA, *Novariensis, Præpositus Collegii Clericorum Regularium S. Pauli ad Forum columnæ Antonianæ.* Bibliothecæ Alexandrinæ Icones Symbolicæ, Elogiis illustratæ,& æneis figuris ornatæ. Mediolani,1626. in 4. apud hæredes Melchioris Malatestæ.

Idem, teste Leone Allatio in Apibus Urbanis, Elogia Virorum Illustrium, & suæ Congregationis Historiam scriptis consignavit.

Scripsit quoque Vitam Francisci Salesii, Episcopi Genevensis dicti.

CHRISTOPHORVS HEIDMANNUS. In Prolegomenis Annotationum ad Lipsii Epistolicam institutionem, Autorum qui conscribendarum Epistolarum artificium tradiderunt, Catalogum contexuit.

CHRISTOPHORUS HENDREICHIUS, scripsit Mercurium Historicum monstrantem Autores qui Linguâ Hebræâ, Græcâ, Latinâ, Teutonicâ, Slavonicâ, & aliis, omnigenam historiarum materiam tractârunt.

CHRISTOPHORVS LANDINVS, *Florentinus*, edidit Italicè Tractatum de Florentinis excellentibus in doctrinâ, in eloquentiâ, in Musicâ, in Picturâ, & Sculpturâ, in Jure Civili, in Mercaturâ, & Dantis Aligerii Vitam, præmissam Dantis operibus ab eodem Landino Commentariis illustratis, in 4. Venetiis, apud Bernardinum Stagninum, 1520.

CHRISTOPHORVS MANSVERVS, *Montis Cleri.* Catharinæ de Bononia Vita ab eo conscripta, prodiit in lucem Romæ,apud Alexium Zannetum, 1597.

CHRISTOPHORVS MILÆVS, *natus Staviæ oppido sito ad eum lacum, qui Lemanno & Iuræ Monti est vicinus.* De scribendâ Universitatis Historiâ libri quinque. Basileæ, apud Joan. Oporinum, 1551. In primô de Naturæ, alterô de Prudentiæ, tertiô de Principatûs, quartô de Sapientiæ, quintô de Litteraturæ Historiis & Historicis, agit.

Ejusdem

Ejusdem, de Vitâ Ciceronis, & imitatione Ciceronianâ. Basileæ, apud Joan. Oporinum.

CHRISTOPHORUS MORONUS, *Minorita, Hispanus*, scripsit patriô idiomate de Claris Familiæ S. Francisci Viris.

CHRISTOPHORUS NEANDER, *Academiæ Francofurtensis Professor Ethicus.* Orationum funebrium Decades quinque. Francofurti, 1614. in 8.

CHRISTOPHORUS PERALES, *Monasterii Vallisbonæ in Hispaniâ Ordinis Cisterciensis Monachus.* Vita S. Patris Bernardi, in quinque libros tributa. Vallisoleti, 1601. in 4.

CHRISTOPHORUS PLANTINUS, *Turonensis, Philippi II. Hispaniarum Regis Typographus.* Index Librorum qui ex Typographiâ Plantinianâ prodierunt. Antuerpiæ in Officinâ Plantinianâ, 1615. in 8. & 1642. in eadem formâ, iterúmque, 1656.

Editi quoque sunt Christophori Froschoveri, Gulielmi Caldetii. Henrici Petri, Hieronymi Commelini, Joannis Opotini, Frelloniorum, Roberti Stephani, Sebastiani Gryphii, Frobeniorum, Baltazaris Moreti, Wechelianæ Officinæ, aliorúmque Typographorum Catalogi, de quibus in Indice Octavo agetur.

CHRISTOPHORUS PREYSS, *Pannonius à Springenburg Academiæ Regiomontanæ Professor.* Ciceronis Vita, & studiorum rerúmque gestarum ex ipsius libris Historia, cum Oratione de Imitatione Ciceronianâ. Basileæ, anno 1555. in 8.

CHRISTOPHORUS SANDIUS. De Veteribus Ecclesiasticis Tractatus multæ eruditionis, præfixus ejusdem Nucleo Historiæ Ecclesiasticæ.

Ejusdem Bibliotheca Anti-Trinitariorum, sive Catalogus Scriptorum, & succincta narratio de vitâ eorum Autorum, qui præterito & hoc sæculo vulgò receptum Dogma de Tribus in Unico Deo per omnia æqualibus Personis, vel impugnârunt, vel docuerunt solum Patrem D. N. J. Christi esse illum Unicum Deum. Opus posthumum Christophori Sandii, &c. Freistadii, 1684. in 8.

CHRISTOPHORUS SARCENICIUS, *Polonus, Canonicus Cracoviensis,* scripsit Encomium quatuor Doctorum Ecclesiæ.

CHRISTOPHORUS SCHRADERUS. Programmata selectiora publico

publico nomine edita à Christophoro Schradero, in 4.

Idem scripsit Orationem in obitum Conrardi Horrici in Academiâ Juliâ Theologiæ Professoris.

CHRISTOPHORUS STURCIUS, *I.C.* Narratio de vitâ & obitu Davidis Chytræi, Theologiæ apud Rostochienses Professoris, edita ab Henning. Groff. 1601. in 4.

CHRISTOPHORUS VAUHURNE, Epitaphia & Inscriptiones Italiæ, Germaniæ, Helvetiæ.

CHRISTOPHORVS WITTICHIVS. Oratio funebris in obitum Abrahami Heidani. Lugduni Batavorum, 1679. in 4.

CHRYSOSTOMUS HENRIQUEZ, *Ortensis, Hispanus, Ordinis Cisterciensis.* Phœnix reviviscens, seu Scriptores Ordinis Cisterciensis Angliæ & Hispaniæ. Bruxellis, 1626. in 4. Typis Joannis Merbecii. Ejusdem, Menologium Cisterciense. Antuerpiæ, ex officinâ Plantinianâ, 2. Vol. 1630. in folio. Et Fasciculus Sanctorum Ordinis Cisterciensis, in folio, 1624. Bruxellis.

CLAUDIUS BINETUS, *Bellovacensis*, scripsit Gallicè Petri Ronsardi Vitam, quæ adjecta est ejusdem Ronsardi operibus. Parisiis, apud Nicolaum Buon, 1609. in folio.

CLAUDIUS CHIFFLETUS, *I.C.* composuit Vitam Ammiani Marcellini, Lovanii, in 8. 1627. editam. Eadem adjecta est vitæ ejusdem Ammiani ab Hadriano Valesio conscriptæ & editæ Parisiis, 1681. in folio, cum ejusdem Ammiani Marcellini operibus.

CLAUDIUS CLEMENS, *Ornanensis Sequanus, Iesuita.* Bibliothecæ tam privatæ quàm publicæ instructio. Accessit Descriptio Bibliothecæ S. Laurentii Escurialis & Parænesis allegorica ad amorem litterarum. Lugduni, 1635. apud Jacobum Prost, in 4.

Idem scripsit Vitam Clementis IV. Pontificis Maximi. Lugduni, apud Jo. Iuelleron, 1623. in 12.

CLAVDIVS CROCHARD, Edidit Orationem funebrem habitam in exequiis Stephani Bernardi Divionensis, Prætoris Cabilonensis.

CLAUDIUS DORESMIEUX, *Atrebatius.* Bibliographus Belgicus, seu librorum Index, qui in Regiis, maximè Catholicis Belgii

Belgii Provinciis, anno Christiano, 1640. novi, vel emendatiores, vel auctiores prodierunt. Insulis, 1641. apud Tussanum Le Clerc, in 4. Classis secunda Bibliographi Belgici. Item tertia. Bruxellis, in 4. ex officinâ Joannis Montmartii.

Videndi quoque Catalogi universales, hoc est, designatio librorum qui in Fœderatis Belgii Provinciis, vel novi, vel auctiores, vel emendatiores in lucem prodierunt.

CLAUDIUS FALCETUS, *Parisinus, Præses Monetalis, quem Parnassus Euganeus mendosè vocat Forchettum. Recueil de l'Origine de la Langue & Poësie Françoise, Rime & Romans. Plus les Noms & Sommaire des œuvres de* 127. *Poëtes François vivans avant l'an* 1300. *A Paris, chez Mammert Patisson*, 1581. in 4. ac deinde cum aliis Falceti operibus.

CLAVDIVS FLEMMIVS. De Viris Illustribus Ordinis Cælestinorum scripsisse dicitur in Parnasso Euganeo.

CLAVDIVS FLORVS, *Parisinus, in Supremo Senatu Advocatus*, Bibliothecam Claromontanam Collegii Parisiensis S. J. carmine descripsit. Parisiis è Typographiâ Edmundi Martin, 1661. in 4.

CLAVDIVS GALENVS, *Pergamenus, Medicus celeberrimus*, scripsit librum de libris propriis à Joanne Fichardo Latinitate donatum. Basileæ, 1551. apud Cratandrum. Vide quæ de iis in Vitâ Galeni à Ph. Labbæo dicta sunt.

CLAVDIVS GASPAR BACHETVS, *Dominus de Meziriac, Sebusianus, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ*, scripsit idiomate Gallico Vitam Æsopi. Plutarchum quoque post Jacobum Amiotum in eandem linguam transtulit, sed morte præventus edere non potuit. De hac versione videatur elegantissima historia Academiæ Parisiensis à Paulo Pelissono concinnata.

CLAVDIVS HERMERÆVS, *Quintinopolitanus, Doctor Sorbonicus.* De Academiâ Parisiensi qualis primò fuit in Insulâ, & Episcoporum Scholis, liber. Lutetiæ, apud Cramoisium, 1637. in 4.

CLAUDIUS HERMODORVS GOZZIUS. Jacobi Carpentarii Professoris & Regii Medici tumulus à doctissimis quibusdam Viris Græcè, & Latinè descriptus, cum Oratione Funebri Claudii Hermodori Gozzii, habitâ Lutetiæ in aulâ Regiâ

7. Feb. 1574. Parisiis, apud Gabrielem Buon, 1574. in 4.

CLAVDIVS JOLIVS, *Parisiensis, B. V. Mariæ Canonicus*, De Viris Illustribus qui inter Advocatos Curiæ Parisiensis floruerunt multa annotavit & edidit cum opusculis Gallicis avi sui Antonii Oisellii. Parisiis, anno 1656. in 4. apud Jo. Guignard.

In eo opere reperiuntur vitæ ejusdem Oisellii, Antonii Oisellii in Senatû Parisiensi Consiliarii, & Caroli Oisellii in eodem Senatû Advocati ab eodem Claudio Jolio conscriptæ.

CLAVDIVS MARCHANT. Epitaphia Doctorum Aurelianensium, Gallicè. Aureliæ, anno 1556.

CLAVDIVS MINOS, *Divionensis, Iuris Pontificii Professor.* Panegyricus, seu Relatio pro Scholà Juris Pontificii. Parisiis, anno 1600. in 8. apud Hieronymum Droüartum.

Idem scripsit Andreæ Alciati J. C. Mediolanensis vitam, quæ extat in limine ejus Emblematum. Parisiis in officinâ Joannis Richerii, 1602. in 8.

CLAUDIUS MORENNIUS, *Episcopus Sagiensis. Oraison funèbre sur le trépas de Messire Louis de Molinet Evêque de Sées, par Claude de Morenne Evêque de Sées.* Parisiis, apud Petrum Bertaut, 1605. in 8. cum aliis.

CLAUDIUS du MOULINET, *Canonicus Regularis.* Historia Summorum Pontificum à Martino V. ad Innocentium X I. per eorum numismata, ab anno 1417. ad 1678. Parisiis, apud Ludovicum Billaine, 1678. in folio.

CLAUDIUS PERRY, *Cabilonensis, Iesuita*, Egit de Illustribus Cabilonensibus in Historia Cabilonis, quæ edita fuit ibidem, anno 1659. in folio, apud Philippum Jan.

CLAVDIVS PICQVETVS, *Delphinas, Franciscanus.* Vita Clementis IV. quam possidet MS. Lugduni Renatus Gros à S. Joyrio, ut ait Ludovicus Jacob in Bibliothecà Pontificiâ.

CLAVDIVS ROBERTVS, *Lingonensis Campanus, Canonicus & Major Archidiaconus Cabilonensis*, Gallia Christiana, in quâ Regni Franciæ, Ditionúmque vicinarum Diœceses, & in iis Præsules describuntur. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Sebastiani Cramoisy, 1626. in folio.

CLAVDIVS SORELLVS, *Parisinus. La Bibliothèque Françoise, où se trouve l'examen & le choix des meilleurs & des principaux livres*

livres qui traitent de la pureté des mots, & du discours, de l'Eloquence, de la Philosophie, de la dévotion, & de la conduite des mœurs; des livres de Harangues, de Lettres, d'œuvres mélées, d'Histoires, de Romans, de Poësies, & de Traductions. Et des livres qui ont servi au progrés de nôtre Langue, avec un Traité particulier, qui est la guide pour l'Histoire de France, & un autre Traité de l'ordre & de l'examen de plusieurs Livres attribüez à l'Auteur de cette Bibliothéque. A Paris, par la Compagnie des Libraires du Palais, 1667. in 12.

Idem, *De la connoissance des bons Livres, ou examen de plusieurs Auteurs.* Parisiis, apud Andream Pralard, 1671. in 12.

CLAUDIUS VERDERIUS, *Antonii filius, in Senatu Parisiensi causarum Patronus*, anno 1586. Lugduni, apud Bartholomæum Honoratum, in 4. edidit in Autores propè omnes, antiquos potissimùm, Censionem quà receptissimorum quorumque Grammaticorum, Poëtarum, Historicorum, Dialecticorum, Rhetorum, Oratorum, Jurisconsultorum, veterum & recentium, Philosophorum, Mathematicorum, Medicorum, & Theologorum errata quædam deprehenduntur.

CLAUDIUS de VOYER D'ARGENSON, *Nobilis Gallus*, scripsit patriò idiomate Elogia Illustrium hujus Sæculi Virorum, Limoni Pictonum, 1651. in 4.

CLEOPHAS DISTELMAIR, *Germanus*, Icones Sanctorum in singulos anni dies, cum Elogiis & Indice Chronologico. Augustæ Vindelicorum, in 8.

CLEMENS BARKESDALE. Elogia Doctorum Virorum ex Thuani Historiâ. Londini, 1640. in 4. & 1671. in 8. apud Spencer Hickman.

CONRARDUS GESNERUS, *Medicus, Tigurinus, Vir multijugæ eruditionis.* Bibliotheca Universalis, sive Catalogus omnium Scriptorum locupletissimus, in tribus linguis Latinâ, Græcâ, Hebraïcâ extantium & non extantium, Veterum & recentiorum, doctorum & indoctorum, & in Bibliothecis latentium. Tiguri, apud Christophorum Froschoverum, in folio, anno 1545.

Pandectarum, sive partitionum universalium libri XXI. Tiguri, apud eundem Froschoverum, 1548. in folio.

Partitiones Theologicæ, Pandectarum Gesneri liber ultimus. Ibid. apud eundem, 1549.

Appendix Bibliothecæ Conradi Gesneri, apud eundem Froschoverum, anno 1555. in folio. Eandem in Epitomen redactam & locupletatam, Vide in Antonio Verderio, Conrardo Lycosthene, Joanne Jacobo Frisio, & Josiâ Simlero.

Idem Gesnerus Præfationem apposuit operibus Galeni, in quâ de Galeni vitâ, ejúsque libris & interpretibus, nec non de Medicinæ instauratoribus agit. Basileæ, apud Frobenium, 1562.

Ejusdem, Catalogus eorum qui de re Herbariâ scripserunt, præfixus Hieronymi Targi Commentariis de Stirpibus. Argentinæ, apud Richelium, 1552.

Ejusdem, Syllabus Autorum de Simplicibus, & de Hortis Germaniæ. Argentorati, 1561. & syllabus Autorum de Chirurgiâ. Tyguri, 1555.

Extat quoque Gesneri Epistola de libris à se editis, cum ejus vitâ per Josiam Simlerum. Tiguri, in 4. anno 1566. De iisdem fusè agit Simlerus in compendio Bibliothecæ.

CONRARDUS GOCLENIUS, *Mengerichusanus VVestphalus, Canonicus Antuerpiensis in Collegio Buslidiano Lovanii Professor*, edidit Versû Elegiaco Desiderii Erasmi Elenchum lucubrationum.

CONRARDUS HERESBACHIUS, *I. V. D. VVilielmi Ducis Iuliacensis Consiliarius*, Scripsit Vitam Strabonis, quæ habetur in fronte ejus operum, Basileæ, 1523. apud Valentinum Curionem, in folio.

CONRARDUS HUBERTUS. Historia de vitâ, obitu, sepulturâ, &c. Martini Buceri, & Pauli Fagii, & exhumatione Catharinæ, Vermilii Petri Martyris filiæ, cum Orationibus, Epitaphiis, &c. Argentinæ, 1571. in 8.

CONRARDUS JANINGUS, *Iesuita*, præfixit Elogium Danielis Cardoni Tomo secundo Actorum Sanctorum Maii, Antuerpiæ, 1680. tribus voluminibus in folio editorum.

CONRARDUS LYCOSTHENES, *Rubeaquensis, Theologus & Philologus*, Conrardi Gesneri magnum & multis laboribus congestum Bibliothecæ opus in breve Compendium contraxit, in eorum gratiam qui brevitate gaudent, atque ob æris penuriam

riam ab emptione magni operis deterrentur, inquit Simlerus, qui nec formam, nec locum, aut Typographum, tempúsque Editionis annotavit: Sic verò se habet, Elenchus Scriptorum omnium Veterum scilicet ac recentiorum, extantium & non extantium, publicorum atque hinc inde in Bibliothecis latitantium, Basileæ, apud Joannem Oporinum, 1551. in 4. vide quoque infrà verbo, *Theodorus Zuingerus.*

CONRARDVS à MVRE, *Germanus, Cantor & Canonicus Tiguriensis*, scripsit Romanorum Pontificum & Imperatorum Catalogum.

CONRARDVS PELLICANVS, *Professor Linguæ Hebrææ apud Tigurinos*, Vitæ suæ Chronicon in usum filii & nepotum conscripsit.

CONRARDVS RITERHVSIVS, *I.C. in Academiâ Altorfianâ Professor primarius.* Vita & mors Eliæ Putschii Antuerpiani. Hamburgi, apud Froben, 1608. in 4.

Vita Julii Pauli J. C. adjecta libris quinque receptarum sententiarum ejusdem Pauli. Noribergæ, 1591. in 8.

Idem scripsit Commentarium de Vitâ Bilibaldi Pirckeimeri Patritii, & Senatoris Noribergensis, quem opusculis ejusdem Pirckeimeri præmisit.

Apposuit quoque præfationem operibus Salviani Massiliensis, in quâ ejus vitam delineavit.

CONRARDVS SAMVEL SCHVRTSFLEISCH, Vide *Eubulus Theodatus Sarkmasius.*

CONRARDVS SCHLVSSELBVRGIVS, *Ecclesiæ Stralsundensis in Pomeraniâ Superintendens*, Catalogum Hæreticorum emisit in lucem. Francofurti ad Mœnum, anno 1599. in 8.

Idem scripsit Orationem de Vitâ Joannis Wigandi, Theologi Lutherani, Episcopi Pomezaniensis in Borussiâ. Francofurti, 1591. apud Joan. Spies, in 4.

CONRARDVS TREMONIVS, *Germanus, Ordinis Carmelitarum*, scripsit ad Thomam Waldensem Angliæ Provincialem de Viris Illustribus Ordinis sui B. V. de monte Carmelo.

CONRARDVS VEGERIVS, Litteris consignavit Orationem Funebrem Hadriani VI. Romani Pontificis in Cardinalium consessû Romæ habitam.

CONSTANTINVS CAJETANVS, *Syracusanus, Abbas S. Baronti Congregationis Cassinensis S. Benedicti.* Gelasii Papæ Secundi, Montis Cassinensis Monachi, ex Cajetanis, Urbis Cajettæ Ducibus, Campaniæ Principibus, Vita, à Pandulpho Pisano ejus familiari conscripta, nunc primùm edita & Commentariis illustrata à Const. Cajetano, &c. Romæ, ex officinâ Typographicâ Caballinâ, 1638. in 4.

Vita Amalarii Fortunati, Ordinis S. Benedicti, Cardinalis, & Archiepiscopi Treverensis. Romæ. Typis Jacobi Mascardi, in 4.

Isidori Hispalensis, Ildefonsi Toletani, & Gregorii S. R. E. Cardinalis Episcopi Hostiensis Vitæ, & Actiones, Scholiis illustratæ: Accesserunt opuscula ejusdem Isidori nondum edita. Romæ, 1616. in 4.

Animadversiones in Vitam S. Anselmi, Episcopi Lucensis. Leguntur inter monumenta contra Schismaticos à Jacobo Gretsero publicata. Ingolstadii, 1613. in 4.

Giudicio sopra la Vita del Rè David, scritta dal Signor Ranuccio Pichi, Secretario dell' Altezza di Parma. Romæ, 1631.

Idem in præfatione appositâ Petri Damiani Episcopi Ostiensis, & Ecclesiæ Romanæ Cardinalis, de Vitâ & Scriptis ejus egit. Romæ, tomis tribus, annis 1606. 1608. & 1615. in folio: ac deinde Parisiis, Tomis quatuor, Sumptibus Caroli Chastellain. 1642.

CONSTANTINVS LASCARVS, Scripsit Catalogum Virorum Illustrium Calabriæ.

CONSTANTIVS FELICIVS, *Dusantinus.* Liber de exilio Ciceronis, & alter de glorioso ejus reditû. Lipsiæ, 1635. in 4.

CONSTANTIVS SARNANVS, Cardinalis, edidit Vitam Petri Aureoli, dicti, Doctoris Facundi, Archiepiscopi Aquensis, præmissam ejusdem Aureoli operibus. Romæ, 1595.

CONSTANTIVS VERBERETANVS, Scripsit Vitam S. Dominici.

CORNELIVS AVRELIVS, *Goudanus, cognomentô* Lopsenus, *Canonicus Regularis S. Augustini*, De Hollandiæ Illustribus Viris & locis scripsit.

CORNELIVS à BEVGHEM, *Embricensis.* Bibliotheca Juridica

dica & Politica, novissima, perpetuò continuanda, sive, Conspectus primus Catalogi Librorum Juridicorum, Canonicorum, Legalium, Politico-Legalium, ut & Politicorum, quotquot currente hoc semi-sæculo, hoc est, ab anno reparatæ salutis, 1651. per universam Europam in quavis Linguâ Orientali, tum Græcâ, Latinâ, Gallicâ, Hispanicâ, Italicâ, Anglicâ, Germanicâ, & Belgicâ, aut novi aut emendatiores, & auctiores typis prodierunt, undique acquisitis præsidiis adornata, & adornanda, operâ ac studio Corn. à Beughem. Amstelodami, 1680. in 12.

Ejusdem, Bibliographia Medica & Physica novissima, perpetuò continuanda, sive, Conspectus primus Catalogi Librorum Medicorum, Chymicorum, Anatomicorum, Chirurgicorum, Botanicorum, ut & Physicorum, &c. quotquot currente hoc semi-sæculo, id est, ab anno reparatæ salutis, 1651. inclusivè per universam Europam in quâvis Linguâ Orientali, tum Græcâ, Latinâ, Gallicâ &c. aut novi aut emendatiores Typis prodierunt. Amstelodami, 1681. in 12.

Ejusdem, Gallia erudita, critica, & experimentalis novissima, seu manuductio ad faciliorem inventionem & cognitionem non tam Scriptorum, quàm experimentorum, aliarúmque rerum notatû dignarum, quarum summaria in Ephemeridibus Galliæ recensentur. Amstelodami, 1683. in 12.

CORNELIUS CURTIUS, *Bruxellensis, Ordinis Augustiniani*. Virorum Illustrium ex Ordine Eremitarum S. Augustini Elogia, cum Iconibus, seu Imaginibus ad vivum expressis. Antuerpiæ, in 4. anno 1636. apud Joannem Cnobbarum.

Ejusdem, Vita S. Nicolai Tolentinatis, aliorúmque aliquot Ordinis Eremitarum S. Augustini Beatorum. Ibid. 1637. in 16.

CORNELIUS FRANGIPANUS, Edidit Italico Sermone Historiam Alexandri III. contra narrationem Baronianam, Tomo 12. Annalium insertam. Venetiis, 1615. in 4.

CORNELIUS GISELBERTUS PLEMPIUS, *Amstelodamensis*, Scripsit carmine de vitâ suâ librum singularem, ad Petrum Scriverium, cum operibus ejusdem Plempii excusum, anno 1630. in 8.

CORNELIUS HANEGRAVIUS, *Belga*, *Canonicus Regularis* *Præ-*

Præmonstratensis, *Ecclesiæ B. Mariæ de Tungerio Diœcesis Boscoducensis.* Compendium Vitæ & instituti S Norcberti, Fundatoris Ordinis Præmonstratensis. Romæ, Typis Jacobi Mascardi, 1632. in 8.

CORNELIVS KILIANVS, *Duffleus Brabantus.* Icones Illustrium Fæminarum, Novi Veterísque Testamenti, Versibus explanatæ. Ejusdem quoque celebrantur Icones Prophetarum majorum & minorum Veteris Testamenti, quamvis de iis sileat Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ.

CORNELIVS LANCILOTVS, *Machliniensis*, *Eremita Augustinianus*, S. Aurelii Augustini Vita. Antuerpiæ, apud viduam & filios Jo. Moreti, anno 1616. in 8.

CORNELIVS LOOSSÆVS, *Goudanus*, (qui se *Callidium Chrysopolitanum, cognomen videlicet suum Latinô, & natalis urbis nomen Græcô vocabulô exprimens*, appellavit) Catalogus Illustrium utriusque Germaniæ Scriptorum, quô, doctrinâ simul & pietate illustrium Vitæ & opera celebrantur: Quorum item potissimùm ope, litterarum studia Germaniæ ab anno 1550. usque ad 1581. sunt restituta, & fidei dogmata à Sectariorum novitatibus vindicata: Moguntiæ, apud Gasparum Behem, in 8. anno 1582. Notat verò Valerius Andreas in illo libro Loossæum nimis calidè in novorum Episcopatuum erectionem incurrere, & dum Scriptores nobis promittit, solas ferè urbes ac Scriptorum sedes natales depinxisse. Vide de eo Zeilerum de Historicis part.3.pag.46.

CORNELIVS NEPOS, Scripserat non solùm vitas excellentium Imperatorum, sed etiam Autorum Græcorum, & Latinorum Commentationibus clarorum. Vide de eo Vossium de Histor. Latinis, libro 1. cap. 14.

CORNELIVS SCHVLTINGIVS STEINWICHIVS, *S.T.Licentiatus*, scripsit Bibliothecam contra Joan. Calvinum, & Petrum Martyrem, & Bibliothecam Ecclesiasticam sive Expositionem Missalis & Breviarii. Sed hæc opera ad nostrum institutum non pertinent, quemadmodum neque Bibliotheca Concionum Georgii Bartholomæi, Bibliotheca Interpretum, D. Thomæ Xantis Moralis; Bibliotheca concionatoria Francisci Combefis; Homeliana, Laurentii Cumelii, & Gerardi Mosani,

Mosani; Juris Gallici, Laurentii Bochelli; Portatilis, Jacobi Rauppii; Sacra, Petri Ravanelli; Historialis, Nicolai, Vignerii & similia opera.

CORNELIUS TACITUS. A' multis creditur Autor Dialogi de claris Oratoribus: Ab aliis autem Fabio Quintiliano tribuitur. Vide Valer. Andr. de claris Hispaniæ Scriptoribus, pag. 81. Barth. Adversar. lib. 44. cap. 8. Joan. Scheffer de Stylo, cap. 5. §. 3. & alios à Placcio citatos, libro de Scriptor. Anonymis pag. 261. & 262.

CORNELIUS TOLLUS. Appendix ad Pierium Valerianum de Infœlicitate Litteratorum. Amstelod. apud Cornelium Joannis, 1647. in 12.

CORNELIUS VALERIUS, *Veteraquensis, quod Hollandiæ oppidum est vulgò Oudwatera, in Collegio Trilingui Lovanii Professor,* Oratio Funebris in obitum Jacobi à Meloduno. Lovanii, apud Velpium, 1560. in 4.

Scripsit prætereà Orationem habitam in funere Petri Nannii Alcmariensis Professoris in eodem Collegio Trilingui, quæ ibidem Manuscripta asservatur.

COSMAS LENZUS. Annales Clericorum Ministrantium infirmis, citantur in Parnasso Euganeo, editi Neapoli, in folio, anno 1641.

C. SECUNDUS LANCILLOTUS. Historia Olivetana. Venetiis, 1623. in 4.

CUDBERTUS MAGESETUS. Tumuli Illustrium Virorum.

CUMBERTUS, *seu* KIMBERTUS LINDESEIUS, *Illustri Anglorum Familiâ prognatus, Monachus Ordinis Sancti Benedicti,* Vitam Venerabilis Bedæ, cujus fuit discipulus, litteris mandavit.

CYNUS CAMPANUS, *Auximas, Italus.* Oratio de laudibus Pauli IV. Romani Pontificis. Coloniæ Ubiorum, apud Joannem Kinkium, anno 1612. in 4. cum aliis Auctoribus qui de Paulo IV. scripserunt.

CYPRIANUS, *Taurentiensis Episcopus in Provinciâ*, scripsit priorem librum de Vitâ Cæsarii Arelatensis, cujus fuit discipulus. Messianus verò Presbyter, ac Stephanus Diaconus, alterius li-

bri de Vitâ Cæsarii sunt Autores.

CYPRIANUS RODRIGUEZ, *Ordinis Cisterciensis*, librum scripsisse dicitur de Scriptoribus Hispaniæ.

CYPRIANUS VOMELIUS, *Frisius*. Epitaphia celebrium aliquot Virorum Civitatis Magdeburgensis, sed neque locum, neque tempus, neque formam Editionis refert Valerius Andreas in Bibliothecâ Belgicâ.

CYRIACVS SPANGENBERGIVS, *Superintendens Mansfeldiensis*, Scripsit Germanicè Historiam de Vitâ, Vocatione, Ministerio Ecclesiastico & morte Joachimi Westphali Theologi Lutherani. Islebii, apud Andream Petri, in 8.

CYRILLVS, *Episcopus Alexandrinus*, scripsit Vitam Joannis Chrysostomi, ex quo sua hausit Georgius Alexandrinus in Commentario de hujus Patris Vitâ.

CYRILLVS HIEROSOLOMITANVS. Ei tribuitur liber de Actis S. Hieronymi Stridonensis, de quibus videatur Possevinus in Apparatu, verbô *Hieronymus Stridonensis*.

CYRILLVS PENNEC, SAN PAVLINAS, *Armoricus*, O. C. Virorum Illustrium Carmelitarum Elogia scripsit, quæ servantur M. SS.

D.

DAMASCIVS SYRVS, *Iustiniano Imperatori coævus*, non Vitam Isidori Philosophi duntaxat scripsit; sed Historiam unà texuisse videtur plurimorum ejusdem ac præcedentis sæculi Philosophorum, ut ex fragmentis apparet quæ in Lexico Suidæ, & Bibliothecâ Photii supersunt. Suspicatur autem Joannes Petrus Nunnesius Vitam Aristotelis à se ex veteri tralatione editam, Damascium habere Auctorem. Sed contrarium censet Doctissimus Vossius, qui videatur libro 2. de Historicis Græcis, cap. 23.

DAMASTES SIGLÆVS, Scripsit de Poëtis, ac Sophistis Veteribus. Ex antiquis plures alii adjungi possent, qui de Vi-

tis

tis Eruditorum ſcripſerunt, puta Agatarcides Cnidius, Amphicrates, Antigonus Caryſtius, Ariſtoxenus, Artemo Magnes, Charon Carthaginenſis, Cleatchus Solenſis, Hermippus Smyrnæus, Satyrus, Timagenes Mileſius, &c. atque alii ex Latinis, Varro, Santra, Higynus, & alii.

DAMASUS I. *Pontifex Romanus.* Quidam ei tribuunt opus quod inſcribitur, *Pontificale, ſeu de Geſtis Summorum Pontificum:* Alii Damaſo Epiſcopo Portuenſi. Sed Voſſius cenſet eſſe fœtum Anaſtaſii Bibliothecarii. Vide cap. 8. lib. 2. de Hiſtor. Latin.

DANIEL BARTOLI, *Ieſuita. Della Vita & del Inſtituto di Santo Ignatio Loyola, libri cinque. In Roma*, anno 1650. in folio. Ejuſdem, *Vita del Cardinale Bellarmino.* Ibid. 1677.

DANIEL CERETUS, *Brixienſis, Vir eruditus & Medicus eximius*, Eleganti carmine cecinit Panegyricum de præcellentibus ſuæ ætatis Viris Brixienſibus. Opera ejus ſupereſſe Brixiæ, manû exarata; apud Octavium Rubeum J. C. aſſerit Voſſius, cap. 10. lib. 3. de Hiſt. Latinis.

DANIEL CRAMMERUS, *Paſtor & Profeſſor Stetinenſis.* Oratio de Vitâ & morte Jacobi Backmeiſteri. Roſtochii, 1591. in 4.

DANIEL HEINSIUS, *Batavus, Bibliothecarius & Politices Profeſſor in Academiâ Lugduno-Batavâ.* In obitum Joſephi Scaligeri Orationes duæ. Accedunt Epicedia ejuſdem, & aliorum. Effigies item ac monumentum Scaligeri & Principum Veronenſium æri inciſa. Ex Officinâ Plantinianâ Raphelengii, 1609. in 4.

Idem litteris mandavit Vitam Jacobi Auberii in Curiâ Pariſienſi Advocati. Habetur in limine libri editi Lugduni-Batavorum, 1619. cui titulus, V. C. Jacobi Auberii pro Merindoliis actio.

Edidit quoque Vitam Franciſci Gomari Brugenſis, præfixam ejus operibus Theologicis. Amſtelodami, apud Joan. Janſonium, 1644. in folio.

Ejuſdem, Laudatio Jani Douzæ, Nordovici. Accedunt ejuſdem Manes Douziani. Lugduni-Batavorum, Typis Joannis Maire, 1605. in 4. & ex Officinâ Bonaventuræ & Abrahami Elzevier, 1627.

Idem ſcripſit Orationem in obitum Reineri Bontii Medici, & aliam in obitum Philippi Cluverii, cum aliis Orationibus

ejuſdem Heinſii, uno ſimul Volumine, ſemel iterúmque evulgatis, 1615. 1620. in 8. & aliàs.

Ejuſdem, de moribus & Vitâ Socratis, Oratio. Lugduni-Batavorum, apud Joan. Orres. Adrianus Cloucq & Joan. Maire, 1612. in 4.

DANIEL HVMILIS, *Monachus*, ſcripſit Vitam Joan. Climaci, aliàs dicti Scholaſtici, Abbatis Montis Sinaï. Edita eſt cum ejus operibus, Pariſiis, 1575. & Colon. Agrippinæ, 1601. in 8.

DANIEL MALONIVS, *Hieronymitanus*. Scholaſtica Bibliotheca in ſecundum Librum Sententiarum. Venetiis, anno 1616. in 4. apud Floravantem Pratum. Eſt etiam qui præfigat, anno 1596.

DANIEL PRASCHIVS. Collectio Epitaphiorum Auguſtanorum Vindeliciæ, ab annis ferè 600. uſque ad noſtram ætatem, in 4. Aug. Vindelic. 1624.

DANIEL ROSA. De Vitâ B. Laurentii Juſtiniani. Venetiis, 1614.

DANIEL TOSSANVS, *Montbelgardienſis, Gymnaſiarcha Baſileenſis*. Oratio de Vitâ & obitû Joannis Buxtorfii Senioris, Linguæ S. Profeſſoris apud Baſileenſes. Baſil. 1630. in 4.

Ejuſdem, Synopſis de Patribus, ſive de Præcipuis & Vetuſtioribus Eccleſiæ Doctoribus, nec non de Scholaſticis, quantum eis deferendum, quô tempore vixerint, quâcum cautione legendi, quæque eorum Dotes & nævi fuerint. Addita quædam de Vitâ & obitû Authoris à Paulo Toſſano filio. Heidelbergæ, 1603.

DANIEL à VIRGINE MARIA, *Carmelita*. Vinea Carmeli, ſeu Hiſtoria totius Ordinis, origo, regulæ, Viri illuſtres. Antuerpiæ, apud Joan. Meurſium, in 4.

DARIVS TIBERIVS, *Poëta, Cæſenas, & Eques*. Epitome Vitarum Plutarchi, hoc eſt, Virorum tam apud Græcos, quàm apud Latinos illuſtrium, res geſtæ in Compendium redactæ. Ferrariæ, 1501. Pariſiis, 1557. in 12. & antea 1547. apud Carolum Guillardum.

DAVID CAMERARIUS, vulgò Chalmer, *Scotus Aberdonenſis*, ſcripſit Gallicè Epitomen Romanorum Pontificum, &c. librum

brum 1. ex Thoma Dempstero lib. 5. Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Scotorum.

DAVID CHYTRÆUS, *Theologiæ Doctor apud Rostochienses*, De Lectione Historiæ rectè instituendâ, Dissertatio, præmissa Chronologiæ Historiæ Herodoti & Thucydidis. In eâ agitur de præcipuis Historicis Græcis & Latinis. Eadem Dissertatio edita est Basileæ, apud Petrum Pernam, anno 1576. cum Joannis Bodini Methodo & aliis qui de Historiâ scripserunt.

Idem Chytræus litteris mandavit Orationem habitam in funere Ulrici Sitzengeri J. C. Vormariensis.

Idem, in Saxoniâ à se editâ multorum Doctorum Virorum, maximè Germanorum, Elogium contexuit.

DAVID COLVILLUS, *Hibernus*. Catalogus librorum Manuscriptorum Græcorum, qui servantur in Bibliotheca S. Laurentii Scorialis. Petrus de Alva y Astorga pag. 224. Ventilabri ante Solem veritatis, ait se vidisse apud Laurentium Quoqui.

DAVID CRINITUS, *Nepomucæus*, Scripsit S. S. Apostolorum Vitas, quas Germanicè vertit Joannes Avenarius, anno 1582. in 12.

DAVID *seu* DANIEL DORINGUS. Bibliotheca Jurisconsultorum Theorico-practica, exhibens assertiones civiles, criminales, & feudales. Francofurti, 1629. in folio, apud Clementem Schleig. & Petrum de Zetter. Iterum 1631.

DAVID FROLICHIUS. Viatorium, sive Bibliotheca, aut Cynosura peregrinantium, duobus Tomis in 12. Ulmæ ad Danubium, anno 1644. & Noribergæ eodem anno, eadémque formâ, apud Wolfgangum Endterum.

DAVID HOESCHELIUS. Catalogus Græcorum Codicum qui sunt MSS. in Bibliothecâ Reipublicæ Augustanæ Vindelicæ, quadruplô quàm anteà auctior, Collectore Davide Hœschelio, impulsore verò Marco Velsero ejusdem Reip. Duumviro, Augustæ Vindelicorum, anno 1595. ad insigne Pinûs, in 4. tum anno quoque 1605. apud Georgium Willer. Prior Catalogus editus fuerat anno 1575. in 8. in eadem Urbe. Huic verò præmittitur inscriptio quam non pigebit adscribere, *Quisquis Reipublicæ literariæ faves, sive Lector, sive Typographus, horum*

omnium Codicum, sive interpretandi, sive conferendi, sive edendi, ita tibi futura copia est, si de iis incolumibus restituendis caveris: Vide etiam infrà, verbo *Photius*.

DAVID à MAUDEN, *Antuerpianus, Bruxellæ in Ecclesia B. Mariæ de Capello Pastor*, De Vitâ Tobiæ Tractatus. Antuerpiæ, Typis Joan. Meursii, 1631. in folio.

DECIUS CELER. Libellus de Vitâ Plutarchi. Patavii, 1627. in 8.

DEGOREUS WHEAR. Parentatio Historica, seu Commemoratio Vitæ ac mortis Guillelmi Camdeni, & dedicatio imaginis Cambdenianæ in Scholâ Historicâ, &c. Oxonii, 1628. in 8. & 1624. in 4.

DEMETRIUS CYDONIUS, *Thessalonicensis*, Scripsit Græcè Vitam S. Thomæ Aquinatis.

DEPREAUX, *Parisinus, Poëta Gallicus, qui in Satiricâ Poësi ita excelluit, ut Iuvenalem & Horatium longo intervallo superaverit.* idiomate patrio scripsit Vitam D. Longini, quæ extat in præfatione præfixâ Versioni Gallicæ Tractatûs ejusdem Longini περὶ ὕψους ab eodem *Dépreaux* compositæ & editæ Parisiis, 1675. in 12.

DESIDERIVS ERASMVS, *Roterodamus*, Catalogi duo operum Erasmi ab ipso conscripti cum præfatione Bonifacii Amerbachii, ut omni deinceps imposturæ via intercludatur, neque pro Erasmico quispiam edat, quod Vir ille non scripsit, dum viveret. Basileæ, apud Frobenium, 1537. in 4. Catalogus lucubrationum Erasmi cum Censuris. Basileæ, apud Joan. Froben. 1524. in 8.

Idem, scripsit Vitas Joannis Coleti illustris Anglorum Doctoris. Origenis & S. Hieronymi; & in Ciceroniano edito Tolosæ, apud Raym. Colomerium, 1621. in 4. egit de plerisque Viris litteratis.

Scripsit quoque ad Conr. Goclenium Vitam suam, quam cum Epistolis posthumis Paulus Merula vulgavit. Lugduni-Batavorum, 1607. in 4.

DESIDERIVS JACOTIUS, *Vandoperanus*. De Philosophorum doctrinâ & Scriptis ex Cicerone &c. Parisiis, in 16. anno 1556. Et anno superiori in eadem urbe excusa sunt, in eadem minori

nori formâ, Philoſophorum,quæ ſunt apud Ciceronem,dicta & facta

DIDACUS de ALARCON, *Ieſuita*, *Hiſpanus*, Vitam Didaci Dazæ compendio comprehenſam præfixit ipſius Dazæ Commentariis in Epiſtolam Sancti Jacobi, quam poſthumam vulgavit.

DIDACUS de BOROA, *Ieſuita, Hiſpanus.* Epiſtola de Vita & morte Alphonſi Arragonii Societatis Jeſu.

DIDACVS à MATRE DEI, *Chronica de los Diſcalcos de la Santiſſima Trinidad, y Redentorem de cattivos.* Matriti, 1652. in folio 2. vol.

DIDACUS MURILLUS, *Franciſcanus*, De illuſtribus Viris Cæſar-Auguſtanis in Regno Arragonenſi ſcripſiſſe perhibetur.

DIDACUS NAVARRUS. Vitam, mortem, & miracula Sancti Franciſci totiúſque illius Ordinis Hiſpanicè reddidit, è libro quem de illis Luſitanicè ſcripſerat Petrus Uliſipponenſis. At & idem Italicè verſus prodiit, Brixiæ, 1581.

DIDACUS RAMIREZ, *Ieſuita, Hiſpanus.* Vita Roberti Bellarmini Cardinalis ex variis Autoribus concinnata.

DIODORUS SICULUS. Bibliothecæ Hiſtoricæ libri, qui extant, omnes, unà cum Eclogis ſeu fragmentis eorum qui non extant, Græcè cum Latina interpretatione Laurentii Rhodomanni. Francofurti, apud Aubrios, & Clementem Schleig, in folio. Et Hanoviæ, Typis Wechelianis, anno 1604. Latinè, per Sebaſt. Caſtalionem, Baſileæ, 1578. Græcè, cum Notis Henrici Stephani, anno 1559. Latinè per Poggium Florentinum, Baſileæ, 1578. in folio.

DIOGENES LAERTIUS. Libri decem de Vitis Philoſophorum, Græcè, cum interpretatione, & Notis Henrici Stephani, & Iſaaci Caſauboni. Anno 1593. in 8.

Iidem, Græcè, cum interpretatione Latinâ ac Notis Thomæ Aldobrandini, 1594. in folio apud Aloyſium Zannetum.

Iidem Græcè, cum interpretatione Aldobrandini, cujus item Notæ ad Vitam Leucippi uſque, nec non utriuſque Caſauboni Iſaaci & Merici, denique ampliſſimi Commentarii Ægidii Menagii accedunt, curâ Joannis Pearſonii. Londini, apud Octavianum Pulleyn, Typis Thomæ Ratcliffe, in folio, anno 1664.

1664. Quæ postrema optima & pulcherrima est editio. Qui verò cupiet scire singulas Editiones, ac Versiones Diogenis Laërtii, consulat eruditissimum Menagium qui omnes enumerat sub initium observationum suarum in illum Autorem.

DIONYSIUS de DIONYSIIS. Illustrium Virorum, nec-non duorum damnatæ memoriæ Elogia. Mediolani, 1641. in 8.

DIONYSIVS FABER, *Prior Cælestinorum Parisiensium*, scripsit tum prosâ, tum versû S. Cælestini V. Romani Pontificis, Vitam, quæ prodiit Parisiis.

DIONYSIVS GVERINVS. Dionysii Areopagitæ Vita, Carmine Latinô. Parisiis, 1615.

DIONYSIVS HALICARNASSÆVS. Vitæ Isæi, & Dinarchi, magnorum Græciæ Oratorum. Lugduni, apud Joannem Tornæsium, 1581. in 4.

DIONYSIVS HARDVINVS, *Gandensis*, *I. C.* De Scriptoribus Flandriæ liber M S. extabat in Bibliothecâ Equitis Emmanuëlis Sueyro, eóque aliisque ejusdem Analectis & Adversariis, tum Hollanderus, tum Sanderus, in libris de Scriptoribus Flandriæ, areolas suas irrigâsse dicuntur, Idem quoque Harduinus Epitaphia & inscriptiones sepulchrales collegisse perhibetur.

DIONYSIUS LAMBINVS, *Monstroliensis*, Scripsit Vitam Lucretii, & Ciceronis.

DIONYSIUS de OCCILLIS, *Neapolitanus*, *Ordinis Dominicani*, *Cronica della Provincia Osservante del Regno di Napoli*, *dell' Ordine de' Predicatori.* Hic liber post mortem ejusdem Dionysij de Occillis à Theodoro Valle Privernensi quasi fœtus ingenii sui publicatus est, hoc titulo, *Breve Compendio degli più illustri Padri della Provincia del Regno di Napoli.* Vide Nicol. Toppi in Biblioth. Neapolitanâ.

DIONYSIUS PETAVIUS, *Iesuita*, *Aurelianensis*, Notis illustravit Synesij Episcopi Cyrenensis opera, & in limine Notarum suarum egit de ejusdem Synesii Vitâ, & Scriptis. Parisiis, in officinâ Cramoisianâ, 1633.

Idem edidit Vitam Epiphanii, & in ejus opera Notas. Parisiis, anno 1622. 2. Volum. in folio.

DODO RICHEA, *Benedictinus.* Theatrum funebre exhibens perva-

pervarias Scenas, Epitaphia nova,antiqua, seria, jocosa. Salisburgi, sumptibus Joan. Bapt. Mayer, 1673. in 4.

DOMINICUS BANNE'S, *Hispanus, Dominicanus*, edidit Romanorum Pontificum Catalogum, qui ante ejus opera Theologica legitur.

DOMINICUS BAUDIUS, *I. C. & Historiarum, in Academiâ Lugduno-Batavâ, Professor.* Oratio funebris dicta honori, & memoriæ maximi Virorum, Josephi Justi Scaligeri. Lugduni-Batavorum, apud Ludovicum Elzevirium, & Andr. Cloucquium, 1609. in 4.

DOMINICUS BISSELIVS, *Canonicus Regularis Ordinis S. Augustini*, Petri Forerii ejusdem Ordinis Vita, ex Gallico in Latinum translata, per Dominicum Bisselium. Augustæ Vindelicorum, apud Joannem Schonigkium,1668. in 8.

DOMINICVS BOUHOURS, *S. I. Scriptor Gallicus magni nominis*, stylo accuratissimo & politissimo Vitam S. Ignatii Loyolæ, & S. Francisci Xaverii litteris mandavit. *La Vie de S. Ignace Fondateur de la Compagnie de Iesus. A Paris, chez Sebastien Mabre-Cramoisy*, in 4. *La Vie de S. François Xavier.* Parisiis, apud eundem, anno 1682. eadem formâ.

DOMINICUS CUSTOS & LUCAS KYLIANVS. Clarissimorum litteris, ingeniô, famâ, 39. Virorum effigies, in æs incisæ. Augustæ Vindelicorum, 1612. in folio.

DOMINICUS à JESU, *Aurillacensis Arvernus, Carmelita excalceatus*, Edidit spicilegium Episcoporum Ordinis Carmelitarum. Parisiis, apud Claudium Formium, 1638. in 8. in fine Actorum Canonizationis S. Andreæ Corsini Carmelitæ Episcopi Fesulani.

DOMINICUS JOSEPHUS ROSSINVS. Oratio in parentalibus Scipionis Claramontii. Cæsenæ, 1653. in 4.

DOMINICUS LAMPSON, *Brugensis, Poëta, & Pictor excellens,* Vita Lamberti Lombardi Pictoris Leodiensis. Brugis, Typis Goltzii, 1565. in 8.

Ejusdem, Elogia in effigies Pictorum celebrium Germaniæ inferioris, carmine, Antuerpiæ, 1572. apud Crocum in 4.

DOMINICUS MACRI, Scripsit Vitam Latini Latinii, quæ præfixa est Bibliothecæ Sacræ & profanæ ejusdem

dem Latinii, Romæ editæ, anno 1677.

DOMINICUS MELLINI. *Vita di Philippo Scolari. In Firenze*, 1570. in 8. Scripsit quoque Linguâ Etruscâ Vitam Marsilii Ficini Florentini.

DOMINICUS de PALMA, *Neapolitanus*, B. Cajetani Thienæi, Clericorum Regularium Fundatoris gesta, anagrammatibus descripta. Neapoli, 1652. in 8.

DOMINICUS RAYNALDUS, *Bibliothecæ Vaticanæ Custos*, Vide suprà, verbo, *Alexander Rainaldus*.

DOMINICUS TEMPESTA, *Romanus*, edidit anno 1599. Vitas Summorum Pontificum, à Christo Jesu ad Clementem VIII. Latino & Italico Sermone. Romæ, apud Hieronymum Franzinum, & Leodii, 1597. in 8. Typis Henrici Govii.

DOMITIVS à patriâ dictus CALDERINVS. Laudatio funebris Francisci Polæ. Veronæ, 1617. in 4. Scripsit quoque Vitam Martialis.

DONATUS CALVUS, *Augustinianus. Scena Letteraria de' Scrittori Bergamaschi.*

DONATUS VERONENSIS. Eusebii Cæsariensis Vita, cum ejus operibus, Latinè redditis. Basileæ, per Henric. Petri, 1559.

DOROTHEVS TYRIVS. Sub ejus nomine edita fuit Synopsis de Vitâ, & morte Prophetarum, Apostolorum & discipulorum Christi, quæ, ut fabulis referta, apud doctos nullius est autoritatis.

E.

EADMERVS *vel* EDINERVS, *vel* EMVNDVS, *Britannus*, scripsit Anselmi Archiepiscopi Cantuariensis Vitam, quæ Anselmi operibus præfixa est, vel adjecta.

EADMVNDVS GRIME, *Anglus*, scripsit Vitam Thomæ Cantuariensis.

ECKERARDVS, *Decanus S. Galli in Helvetiâ*, scripsit Vitam B. Notkeri, cognomentô Balbuli.

EDMVN-

EDMVNDVS DVKINSONIVS. Delphi Phœniſſantes cum Diatribâ de Noë in Italiam adventû. Oxoniæ, 1655. in 8.

EDMVNDVS RICHERIVS, *Campanus, Doctor Sorbonicus.* De optimo Academiæ ſtatû, libri duo. Pariſiis, 1603. in 8.

EDUARDVS CANTVARIENSIS, *Monachus Benedictinus*, librum reliquit de Vitâ ac morte Thomæ Cantuarienſis.

EDUARDVS MAIHEW, *Anglus, Monachus Ordinis Benedictini*, Congregationis Anglicanæ O.B.Trophæa, tribus tabulis comprehenſa, &c. Remis, apud Nicolaum Conſtant. 1625. in 4. Pollicêri aiunt de claris Scriptoribus Ordinis S. Benedicti quatuor Tomos.

EDUARDVS POCOCKIVS. Gregorii Abulpharagii Hiſtoria Dynaſtiarum Arabicè ac Latinè, cum Appendice. In eo opere edito Oxoniæ, anno 1663. in 4. de Scriptoribus Arabicis multa habentur.

EGBERTVS, *Abbas Sancti Florini in Diœceſi Trevirenſi*, ſcripſit Vitam S. Elizabeth. Habetur cum litteris ejuſdem Sanctæ in Bibliothecâ Patrum.

EGINARDVS, *Caroli M. Imperatoris Cancellarius, deinde Abbas Cœnobii Salingeſtadienſis.* De Vitâ Caroli M. liber elegans cum Comm. Georgii Helvvich Moguntini. Francofurti, 1631. Idem cum Obſervationibus Friderici Beſſelii Pruſſi. Helmſtadii, 1667. in 4.

EGESIPPVS, Scripſit de rebus geſtis Sancti Petri Apoſtoli libros tres. Extant Tomo 7. Bibliothecæ Patrum edit. 2. & 4.

Item de Summis Pontificibus à S. Petro uſque ad S. Anicetum in ſuâ Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ.

EILARDVS LVBINVS, *Oldeburgenſis Doctor & Profeſſor in Academiâ Roſtochienſi*, Valentini Scacchii Elogium. Roſtochii, anno 1608. in 4.

Ejuſdem, Vita Perſii Poëtæ Satyrici, præmiſſa ejuſdem Lubini in Perſium Commentariis. Amſtelodami, 1595. apud Zachariam Heyns, in 8.

ELBERTVS LEONIVS. Vulgò de LEW à procerâ & Heroïcâ ſtaturâ *Longolius* cognomine, ſcripſit ipſemet Vitam ſuam.

ELEVTHERVS BIZENVS. Encomion Joan. Reuclini trium-

phantis ex devictis Theologistis Coloniensibus, & Prædicatorum Ordinis Fratribus, versibus Hexametris decantatum. Impressum in 4. in Germania.

ELIAS EHINGERUS, *Bibliothecarius Augustanus*, Augustanæ Bibliothecæ Catalogus. Augustæ, Typis Joannis Prætorii, 1630. in 4.

ELIAS à S. TERESIA, *Antuerpiensis*, *Carmelita excalceatus (ante Religionis ingressum Ioannes Baptista VVil nuncupatus,)* scripsit sub eo nomine Epigrammata de Viris Vitæ Sanctimoniâ Illustribus ex Ordine Præmonstratensi. Lovanii, Typis Joannis Masii, anno 1615. in 4.

ELIAS VINETUS, *Burdegalæ Præfectus Scholæ*, De Scholâ Aquitanicâ. Burdegalæ, in 12. apud Simonem Millanges, 1585.

Idem scripsit Vitam trium Fratrum Lusitanorum, Martialis, Andreæ, & Antonii Goveani, in Epistolâ ad Andream Schottum.

ELZEVIRII *in Hollandiâ Typographi*, Catalogi Librorum qui apud eos Venales extabant, prodierunt annis 1634. 1644. 1658. Lugduni-Batavorum ex Officinâ Elzevirianâ.

EMERICUS BIGOTIUS. vide, *Palladius*.

EMMANUEL ROMAN, *Carmelita. Elucidationes varias de Antiquidad & Scritores Illustres della Orden del Monte Carmelo.* Madriti, anno 1618. in 4.

EMMANUEL STUPANUS, *filius Io. Nicolai Stupani Medici Basileensis*, habuit Orationem in obitum Gasparis Bauhini Medici.

EMMANUEL TANARES, *Lusitanus*, *Carmelita*, scripsit de Viris Illustribus Ordinis Carmelitici Provinciæ Lusitanicæ, teste Georgio Cardoso in Hagiologio Lusitano.

EMMANUEL de VEGA. *Iesuita*, *Lusitanus*, *Patriâ Conimbricensis*. De Vitâ & Miraculis Lutheri, Calvini & Bezæ. Vilnæ.

ENGELBERTUS, *Monachus Benedictinus*, *Abbas Morellanus*, scripsit Vitas Apostolorum.

S. EPIPHANIUS, *Cypri Episcopus*, fertur scripsisse librum de Vitâ Prophetarum eorúmque obitû & sepulturâ; quem suppositititium credit Riverus Critici Sacri lib. 3. cap. 30.

ERASMUS OSUALDUS, *Schreekenfuchsius*, *Austriacus*, *Mathematum & Linguæ Hebrææ Professor in Academiâ Frisingensi.* Oratio funebris Hebraïcè conscripta de obitû præceptoris sui Sebastiani Munsteri, adjecta Canticis Canticorum, & Ecclesiasti

Salomo-

Salomonis, ab eodem Osvvaldo in Linguam Latinam converso. Basileæ, apud Henric.Petri, 1553. in 8.

ERASMUS REINOLDUS, scripsit Orationem de Vitâ Casparі Crucigeri Ecclesiastæ Wittebergensis, quæ extat Tomo 3. Orat. Melanchthonis.

ERASMUS SMITH, *Græcarum Litterarum Professor in Academiâ Wittebergensi*, Oratio habita memoriæ Friderici Taubmanni. Wittebergæ, 1613. in 4.

Ejusdem, Oratio in obitum Davidis Rungii Theologiæ Doctoris & in Academiâ Wittebergensi Professoris. Wittebergæ, apud Zachariam Schur. 1604. in 4.

Ejusdem, Oratio habita memoriæ Balthazaris Meisneri Theologi, & Philosophi incomparabilis. Naumburgi, 1627. in 4.

Ejusdem, in Pindarum Prolegomena, in quibus de Vitâ ejus egit. Sumptibus Zachariæ Schureri, 1616. in 4. cum Comment. Sondii in Pindarum.

ERASMUS WINDINGIUS. Regia Academia Hafniensis in Regibus, Conservatoribus, Rectoribus, & Professoribus suis repræsentata. Hafniæ, apud Petrum Hauboldum, in 4. anno 1665.

ERHARDUS CELLIUS, *Professor in Academiâ Tubingensi*, Oratio in funere Samuëlis Heilardi, Professoris in eadem Academiâ.

Ejusdem, Oratio funebris super obitû Joannis Vischeri Medici Ingolstadiensis.

Ejusdem, Oratio de Vita & Morte Jacobi Heerbrandi, in Academiâ Tubingensi Theologiæ Professoris. Tubingæ, 1611. in 4.

Idem scripsit Orationem in obitum Theodori Snepfii Theologiæ Professoris Ienæ, & Vitam Philippi Appiani Medici Ingolstadiensis editam Tubingæ, 1591. in 4.

ERICUS ALTISSIODORENSIS, S. Germani Vitam, tribus libris carmine complexus est.

ERNALDVS *vel* ARNOLDVS, *Abbas Bonævallis Ordinis Cisterciensis.* Vide, *Arnoldus Bonævallensis.*

RNESTVS CHOLINVS WIRTHIVS. Cardinalis Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis Vita, & ejusdem Canoni-

ſatio, &c. Coloniæ Agrippinæ, apud Kinkium, 1611. in 4.

ERNESTUS COCCIUS. Oratio de Vitâ Joannis Affelmanni in Academiâ Roſtochienſi Profeſſoris.

ERNESTUS REGIUS. Urbani Regii Eccleſiaſtis Auguſtani Vita, per Erneſtum Regium Filium. Noribergæ, 1561.

ERYCIUS PUTEANUS, *Venlonianus Belga*, Bibliothecæ, ſive omnium operum, quæ ſcripſit hactenus, edidit, deſignavit, Catalogus. Lovanii, apud Henricum Haſtenium, 1622. in 8.

De Rhetoribus & Scholis Palatinis Mediolanenſium Diſſertatio. Mediolani, 1603. in 8.

De uſu fructúque librorum & Bibliothecâ Ambroſianâ. In eadem urbe in 8. 1606. apud Malateſtam.

Auſpicia Bibliothecæ publicæ Lovanienſis. Lovanii, 1639. in 4. cum Catalogo librorum primæ collectionis à Curatoribus ejuſdem Bibliothecæ edito, apud Everardum de Witte, & Oratione auſpicali Valerii Andreæ Deſſelii Bibliothecæ Præfecti.

Lipſiomnema Anniverſarium, ſive Laudatio funebris J. Lipſii die anniverſario habita. Typis Plantini, 1607. in 4.

EVAGRIUS PONTICUS, ſcripſit Vitas Patrum, Hieronymi à multis creditas. Vide Voſſium de Hiſtor. Græcis. lib. 2. c. 19.

EUBULUS THEOSDATUS SARKMASIUS, edidit Judicia de noviſſimis prudentiæ Civilis Scriptoribus, anno 1669. in 4. vide Placcium de Scriptoribus Anonymis, qui aſſerit verum nomen hujus Autoris eſſe, *Conrardus Samuël Schurtsfleiſch*, *Corbacenſis Scholæ Exrector.*

EUGENIUS de ROBLES. *Compendio de la Vida y Hazannas del Cardinal Dom Fray Ximenes de Ciſneros*, &c. *por Eugenio de Robles. En Toledo, por Pedro Rodrigues*, 1604. in 4.

S. EULOGIUS, *Cordubenſis, Martyr.* R. P. de Alva & Aſtorga in Sole veritatis dicit ſe vidiſſe illius Tractatum de Scriptoribus Eccleſiaſticis manuſcriptum in Bibliotheca Eccleſiæ Toletanæ.

EUNAPIUS, ſcripſit opus elegans de Vitis Sophiſtarum.

EUNAPIUS SARDIANUS. De Vitis Philoſophorum, liber Græcè & Latinè editus apud Hieronymum Commelinum, anno 1596. in 8.

EUSE-

EVSEBIVS CÆSARIENSIS, *Episcopus*, ſcripſit Vitam Pamphili Presbyteri.

EVSEBIVS MENIVS, edidit opera Georgii Sabini Brandeburgenſis Poëtæ, generi Melanchtonis, cum ejus Vita.

Vita Nicolai Albergati Carthusiani, Episcopi Bononiensis, conscripta à Jacobo Zeno, Poggio Florentino, & Carolo Sigonio, & in lucem edita per Georgium Garnefelt. Ibidem, 1628. in 4.

GEORGIUS HELWICH, *Moguntinus*, De nobilitate Ecclesiæ Moguntinæ, ejúsque Canonicis, ab anno 1500. Moguntiæ, 1614. in 4. apud Balthazarem Lippium.

GEORGIUS HIZLERUS, *Giengensis, Tubingæ Oratoriam & Græcas litteras profitens.* Oratio de Vitâ, & obitû Leonardi Fuchsii, Medici clarissimi. Tubingæ, 1566. in 4.

GEORGIUS HORNIUS, Historiæ Philosophicæ libri octo, quibus de origine, successione, Sectis, & Vitâ Philosophorum, ab Orbe condito ad nostram ætatem agitur. Lugduni-Batavorum, 1655. in 4.

GEORGIUS LIBLERUS, *Professor Tubinganus.* Oratio de Vitâ, & morte Jacobi Schegkii. Tubingæ, apud Gruppenb. 1588. in 4.

Idem scripsit Orationem in funere Hieronymi Gerardi, J. C. Heidelsheimensis, & aliam in obitum Caspari Wildii, J. C. Spirensis.

GEORGIUS LILIUS, *seu* LÆLIUS, *Britannus*, Ad Paulum Jovium, Episcopum Nucerinum aliquot in Britanniâ, qui superiori sæculo eruditione & doctrinâ clari, memorabiléque fuerunt, Elogia scripsit.

GEORGIUS LOPPERSIUS, *propè Groningam natus*, Epitaphia & Epicedia à quibusdam dicitur scripsisse, sed de iis nihil in Belgicâ suâ Bibliothecâ Valerius Andreas.

GEORGIUS MAJOR, *Noribergensis, Theologiæ Professor in Academiâ Witebergensi.* Vitæ Patrum, cum præfatione Martini Lutheri. Witebergæ, 1544. in 8. & 1578.

Ejusdem, Catalogus Doctorum Ecclesiæ Dei ab initio mundi ad nostra usque tempora. Wittenbergæ, & deinde Basileæ. 1550.

GEORGIUS MAIGRETIUS, *Buillionaus, Ordinis Eremitarum*

S. Augustini, scripsit Gallico Idiomate Compendium Vitæ B. Thomæ Villanovani Archiepiscopi Valentini. Leodii, 1626.

GEORGIUS MAYR, *Bojus*, *Iesuita*, vertit Græcè Vitam B. Ignatii Societatis Jesu Fundatoris, ex eâ quam Gaspar Quartemont ex Hispanicâ Latinam fecit. Augustæ, Typis S. Nicolai. 1616.

Idem, Vitam S. Ignatii expressit centum imaginibus. Augustæ, 1622.

GEORGIUS MATTHÆUS, *Konigius*. Bibliotheca vetus & nova. Altorfii, in folio.

GEORGIUS PASOR, *Franekeræ Græcæ Linguæ Professor*. Oratio in obitum Joannis Piscatoris, Scholæ Sigenensis Nassoviorum Professoris Theologiæ. Herbornæ Nassov. 1625. in 4.

GEORGIUS PFLUGERUS; de Vitis Nicodemi Frischlini, Rodolphi Agricolæ, Joan. Capnionis, & Erasmi Roterodami. Argentorati, 1601. in 8.

GEORGIUS PICTOR, Scripsit Italicè Vitas Pictorum, teste Antonio Francisco Donio.

GEORGIUS PIRKAMERVS, *Carthusianus*, Vide *Henricus Sommalius*.

GEORGIVS SOHNIVS, *Professor Theologiæ Marpurgi*, Scripsit Orationem funebrem in Obitum Nicolai Rhodii, Ecclesiastæ Marpurgensis.

Ejusdem, Oratio Historica de fundatione, & conservatione Academiæ Heidelbergensis. Hanoviæ, Typis Wechelianis, 1607. in 4.

GEORGIUS RAVENNATIUS, *Mediolanensis*, *Ordinis Prædicatorum*, condidit opus de Viris illustribus Ordinis sui, qui in Provinciâ Romanâ claruerunt. Bononiæ, 1517.

GEORGIUS RICHTERVS, Vide *Ioan. Georg. Richterus*.

GEORGIUS RITERHVSIUS. Vita Conradi Riterhusii J. C. Reipublicæ Norimbergensis, & Academiæ Antecessoris descripta à Georgio Riterhusio filio.

GEORGIVS ROBERTSONVS. Narratio de Vitâ & morte Roberti Rolloci Scoti, in Academiâ Edinburgensi Theologiæ Professoris. Edinburgi, 1599. in 8.

GEORGIUS THEANDER, *Scholæ Ingolstadiensis Procancellarius*, Oratio

Oratio funebris in exequiis Friderici Staphyli Osnabrugensis. Ingolstadii, 1565.

GEORGIVS VALLIUS. Aliis, Wicelius, *Germanus*. Vitæ Sanctorum Veteris Testamenti, 1515. Moguntiæ, apud Franciscum Behen.

Idem, Edidit Epitomen Romanorum Pontificum à Petro usque ad Paulum III. Coloniæ, 1549. in 8. Typis Quintilianis.

GEORGIVS VASARIVS, *Aretinus, Pictor, & Architectus*, Scripsit Italicè Vitas excellentium Pictorum, Sculptorum, & Architectorum. Florentiæ, apud Junctas, anno 1568. in 4.

Ejusdem, Vita Jacobi Sansovini.

GEORGIVS VECHNERVS. Vita & obitus Bartholomæi Pitisci Electoris Palatini Concionatoris. Heidelbergæ, 1613. in 4.

GEORGIVS VILLERIVS, *Bibliopola Augustanus*, Cùm singulis nundinis Francofurtensibus, inquit Miræus, magna librorum novorum copia adveheretur, extitit primus Autor conscribendorum Catalogorum ab anno 1564. Quod institutum ejusdem auspiciis, & Typographico labore Nicolai Bassæi Francofurtensis, continuatum fuit usque ad annum 1592. Vide pag. 142. Tomi 2. Biblioth. Ecclesiast. Miræi.

GEORGIUS WITWEILER, *Iesuita, natione Germanus, patriâ Brigantinus*. Vita S. Augustini Ecclesiæ Doctoris, Latino-Germanicè scripta. Constantiæ, 1624. in 8.

GERARDVS CORSELIVS, *Iurisconsultus, Leodiensis*, Index legum, & Capitulorum adscriptis autoribus. Lovanii, in 8. Typis Rivii.

Ejusdem, Oratio in funere Justi Lipsii habita. Typis ejusdem Rivii, 1606. in 4.

GERARDVS FRASQUETVS *seu* FRACHETVS, *Lemovicensis, Ordinis Prædicatorum*, Vitas Patrum ejusdem Ordinis collegit, ex quo pleraque in suum Chronicon se inseruisse ait Antonius Senensis Lusitanus. Liber Fracheti editus fuit Duaci, anno 1619. Quidam eum tribuunt Humberto Generali Dominicanorum. Vide Vossium de Hist. Latin. pag. 481.

GERARDVS GELDENHAVRIVS, *Noviomagus*, scripsit librum de illustribus Germaniæ inferioris Viris. Francofurti, 1572.

GERARDVS HVTINGIVS, *Dotinchemensis, Gymnasii Montani,*

quod situm est Coloniæ Agrippinæ, *Professor*, scripsit Vitas quatuor Evangelistarum.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS, *Ruremundanus*, *Rector Scholæ Dordracenæ*, *deinde Professor Eloquentiæ*, *ac Chronologiæ in Academiâ Leidensi*, *& tandem in Amstelodamensi Gymnasio Historiarum Professor*, Oratio in obitum Thomæ Erpenii Linguarum Orientalium in Academiâ Leidensi Professoris. 1625. in 4. Lugduni-Batavorum. Accedunt funebria amicorum carmine. Itémque, Catalogus librorum Orientalium, qui vel Manuscripti, vel editi in Bibliothecâ Erpenianâ extant.

De Historicis Græcis libri quatuor. Editio altera priori (anni 1624.) emendatior, & multis partibus auctior. Lugduni-Batavorum, ex officinâ Joannis Maire, anno 1651. in 4.

De Historicis Latinis libri tres; Editio altera priori (anni 1627.) emendatior, & duplô auctior. Lugduni-Batavorum in eadem officina, eodem anno, in 4.

Idem Vir magnus, & diffusæ eruditionis edidit Amstelodami, anno 1650. in 4. ex Typographiâ Joannis Blaeu, librum insignem de quatuor artibus popularibus, de Philologiâ, & scientiis Mathematicis, cui subjungitur Mathematicorum, hoc est, Geometrarum, Arithmeticorum, Astronomorum, Musicorum, Geographorum, Chronologorum, ac Mechanicorum Chronologia; in tres libros divisa.

Ejusdem, extat de Rhetoricæ naturâ & constitutione liber, editus primùm, in 8. anno 1622. Lugduni Batavorum, apud Joannem Maire, deinde Hagæ Comitis, apud Hadr. Ulacq, 1658. in 4. Ubi de Rhetoribus, Oratoribus, & Sophistis antiquis, agit.

Ejusdem, opus posthumum de Poëtis Græcis & Latinis, prodiit in lucem Amstelodami, ex Typographiâ Joannis Blaeu, 1654. in 4.

Ejusdem, itidem libri posthumi de Philosophiâ, & Sectis Philosophorum, ubi de Medicis observavit non pauca, nec contemnenda. Hagæ-Comitis, apud Hadrianum Ulacq, 1658. in 8. Ibidem extat Theophrasti Paracelsi Vita fusè descripta cap. 9. §. 9.

In libro de Arte Grammaticâ, agit de iis qui de Grammaticâ scripserunt apud Hebræos, apud Græcos, & apud Latinos, & de

de celebrioribus Criticis. Amstelodami, ex Officinâ Joannis Blaeu, 1662.3. Vol. in 4.

Consulendus quoque libellus ejusdem de Studiorum ratione.

GERARDVS de JVDÆIS, vulgò de Jode, *Noviomagus, in Mathesi & Chalcographâ Arte plurimùm excellens.* Effigies 29. Pontificum Romanorum Typis æneis. Antuerpiæ, 1585. in 4.

GERARDVS MEJERVS, *Licentiatus, & Professor Theologiæ*, Bibliothecæ Theologicæ contractæ libri duo. Bremæ, apud Petr. Colerum, anno 1660. in 12.

GERARDVS MORINGVS, *Bomellanus Gelder, Theologus Lovaniensis*, Vita S. Augustini, ex ipsius potissimùm Sanctissimi Viri monumentis. Antuerpiæ, apud Mich. Hellenium, 1533. in 8.

Ejusdem, Vita Hadriani VI. Pontificis Maximi. Lovanii, Typis Roscii, 1536. in 4.

GERARDVS VONSTOSSON. Vide *Iacobus Augustus Thuanus.*

GERARDVS VOSSIVS, *Borchlonius, Eburo, Præpositus Tungrensis, Protonotarius Apostolicus, ac S. Theologiæ Doctor Romanus*, S. Gregorii Thaumaturgi Episcopi Neocæsariensis Opera omnia; cum Authoris Vitâ, & Scholiis. Moguntiæ, 1604. Typis Balthas. Lippii, in 4. Idem in Linguam Latinam transtulit Vitam S. Ephrem Syri à Gregorio Nysseno, ab Anonymo, & à Simone Metaphraste scriptam.

Gesta quædam ac monumenta Gregorii IX. Romani Pontificis Græco-latina cum Scholiis. Romæ, 1587. in 4.

GERMANVS HABERTVS, *Parisinus, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ. La Vie du Cardinal de Berule Instituteur, & prémier Supérieur de la Congregation de l'Oratoire de I. C. par Germain Habert Abbé de Cerisy. A Paris, chez Sebastien Huré*, 1646. in 4.

GERMANVS LAFAILLE, Scripsit Gallicè Vitam Petri Goudelin Poëtæ Tolosani, quæ habetur in limine libri, cui titulus, *Las obros de Pierre Goudelin*, &c. *A Toulouso per Iean Pech*, 1678. in 12.

GERVASIVS RICOBALDVS, *Ferrariensis*, Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro ad annum 1300. quô vivebat, deduxit.

GERVINVS CALENIVS, De Viris Illustribus Ordinis

nis S. Benedicti. Coloniæ Agrippinæ, 1575.

GILBERTVS ABBAS, dictus de Hollandia, *Anglus*, scripsit Vitam S. Bernardi, sub quo Monachus fuerat.

GILBERTVS ARCHIDIACONVS, Vide verbo, *Wipertus.*

GILBERTVS GAVLMINVS, *Molinensis.* Liber Rabbinicus de Vitâ & morte Mosis, cum Notis. Lutetiæ, 1629. in 8.

GILBERTVS GENEBRARDVS, *Arvernus, Theologus Parisiensis, Hebraicarum Litterarum in eâdem Academiâ Professor Regius, & Aquensis Archiepiscopus designatus. Oraison funèbre sur le trépas de Messire Pierre Danès Evêque de Lavaur, prononcée à S. Germain des Prez le 27. Avril,* 1577. *par Gilbert Genebrard Docteur en Théologie. A Paris, chez Martin le Ieune,* 1577. in 8.

Idem edidit Collectanea de Origenis Vitâ, operibus, rebus & sententiis. Parisiis, apud Michaëlem Sonnium, 1574. in folio.

Idem, in Chronologiâ suâ multa annotavit de Viris litteratis.

Librorum illius Catalogus prodiit Parisiis, apud Sebastianum Nivellium, 1591. in 8.

GILBERTVS COGNATVS, *Nozerenus*, scripsit Elogium Luciani præmissum Operibus ejusdem Luciani, Basileæ, apud Sebastianum Henric. Petri impressis.

Edidit etiam Narrationum libros sex in quorum secundô, aliquot Scriptorum Elogia, & tertiô, rerum Inventores continentur. Basileæ, apud Jacobum Pateum, 1547. Lugduni, apud Joan. Frellonium, 1548. & Genevæ, apud Joan. Crispinum, 1553. in 16.

Idem, De Legalis Studii ratione Epistolæ duæ. Lugduni, apud Matt. Bonhomme, 1559.

Emisit etiam Poëmatum libros quatuor, quorum secundus continet varia in mortem D. Erasmi, Christ. Longolii, Ulrichi Zasii, Simonis Grynæi, Sigismundi Gelenii, & aliorum, apud Joan. Oporinum, 1560.

GISBERTVS LAPPIVS à WAVEREN, *Vltrajectinus.* Corpus Historiæ Ultrajectinæ Auctoribus Joanne de Beka, Joanne Gerbrando de Leydis, Guillelmo Heda, &c. à morte Arnoldi Buchellii pertexuit, & Lambertum Hortensium de Successionibus Ultrajectinis recensuit Notisque marginalibus illustravit, adjectis eorum Vitis. Ultrajecti, 1643. in folio.

GISBERTVS

GISBERTUS VOETIUS, *Heusdanus*, Exercitia, & Bibliotheca Studiosi Theologiæ, editio secunda priori auctior, & emendatior. Ultrajecti, apud Joannem Waësbergium, anno 1651. in 12. Extat & Samuëlis Maresii Auctarium primum Bibliothecæ Theologicæ Gisberti Voëtii, &c. Groningæ, in 8. anno 1652.

GLAVCVS, *Italus*, *Poëta Vetus*, Librum ejus de Poëtis ac Musicis citavit Plutarchus lib. de Musicâ.

GODOFREDVS, *Abbas Claravallensis*, scripsit tres ultimos libros Vitæ S. Bernardi.

GODEFRIDVS HENSCHENIVS, Vide verbo, *Ioannes Bollandus*.

GODEFRIDVS HENSCHENIVS, & Daniel Papebrochius, *Iesuitæ*, scripserunt Joannis Bollandi Jesuitæ Vitam, quæ habetur in principio Tomi primi Actorum, Sanctorum Maii, anno 1668. Antuerpiæ, in folio, editorum.

GODEFRIDVS SANTVOORTIVS, *è Rhoda S. Odæ municipio Diœcesis Sylvæ-Ducensis oriundus*, *Antuerpiæ in Collegio S. Virginis Canonicus*, transtulit ex Italico in Latinum Synopsin Vitæ quinque Sanctorum a Gregorio XV. inter Divos relatorum, Isidori Agricolæ, Ignatii Loiolæ, Francisci Xaverii, Matris Teresæ, & Philippi Nerii. Antuerpiæ, 1624. in 8.

GODEFRIDVS vel GOTFRIDVS SVEVUS. Academia Wittebergensis ab anno fundationis 1502. ad annum 1655. continens privilegium Imperatoris, Bullam Papalem, conservatoria nomina Rectorum, Illustrium, Nobilium, aliorúmque egregiorum, unà cum numero inscriptorum Catalogo Professorum in omnibus Facultatibus, &c. Accesserunt inscriptiones Wittebergenses, usque ad annum 1655. editore Gotfrido Suevo. Wittebergæ, 1655. in 4.

GODEFRIDVS TILMANNVS, *Carthusiæ Parisiensis Monachus*, Flavii Josephi Vita è Græco in Latinum conversa. Parisiis, 1548.

Ejusdem, Michaëlis Syngelii Hierosolomitanæ Ecclesiæ Presbyteri Encomium in Dionysium Areopagitam, in Linguam Latinam versum. Ibid. anno 1546.

Gregorii Archiepiscopi Alexandrini Vita S. Joannis Chrysostomi Latinè,

Latinè, per God. Tilmanum, Ibid. 1557. in folio.

Idem antea ediderat Vitam S. Joannis Chrysostomi sub nomine Menarti. Parisiis, apud Carolum Savreux, 1665. in 4. & in 8.

GODOFREDUS HERMANT, *Theologiæ Doctor Sorbonicus, Canonicus Bellovacensis. La Vie de Saint Athanase Archevêque d'Alexandrie. A Paris, chez Jean Dupuis*, in 4. 1672. & in 8.

La Vie de S. Ambroise Archevêque de Milan. A Paris, chez la Veuve de Jean Dupuis, 1678. in 4.

La Vie de S. Basile le Grand, Archevêque de Cesarée en Cappadoce, & celle de S. Gregoire de Nazianze Archevêque de Constantinople. A Paris, chez Jean Dupuis, 1674. in 4. 2. Volum.

GOMESANUS, *Hispanus, Monachus, Abbas Ildensis Monasterii*, scripsit Vitam S. Ildephonsi Archiepiscopi Toletani, cujus compendium excusum est cum eodem Ildephonso de laudibus Virginis Mariæ.

GREGORIUS ABULPHARAJUS, *Masatiensis*, Vide *Eduardus Poockius*.

GREGORIUS BREITKOPFF, *Konicius, Theologus*, Sapphica de S. Hieronymi Vitâ scripsit.

GREGORIUS CORTESIUS, *Mutinensis, Cardinalis*, De Viris Illustribus Ordinis Monastici librum edidit.

GREGORIUS CYPRIUS, *Patriarcha Constantinopolitanus centesimus*. Encomion Georgii Logothetis Acropolitis, præmissum Chronico ejusdem Logothetis à Theodoro Douza cum interpretatione, & Notis edito. Lugduni-Batavorum, 1614.

GREGORIUS LUZIANUS, *Tarvisinus, Ordinis Prædicatorum*, scripsit res gestas Benedicti IX. Romani Pontificis.

GREGORIUS LAUDE, *Ordinis Cisterciensis*, scripsit Vitam Joachimi Abbatis & Commentariis illustravit ejus Prophetias, Neapoli, 1660. in folio impressas.

GREGORIUS MAGNUS, *Papa*, scripsit Vitam S. Benedicti Abbatis Cassinensis, libro 2. Dialogorum.

GREGORIUS NAZIANZENUS, scripsit ipsemet Carmine Jambicô Vitam suam quæ à Jacobo Billio S. Michaëlis in Eremo Abbate, in Linguam Latinam versa est.

Idem scripsit Orationem funebrem in laudem Cæsarii Fratris, in laudem Patris sui, in laudem Basilii Magni Cæsariensis Episcopi, in

pi, in laudem Athanasii Archiepiscopi Alexandrini, in laudem Heronis Philosophi Alexandrini, & in laudem S. Cypriani Martyris, Et Orationem ad Gregorium Nyssenum quæ instar Historiæ ejus Vitæ esse potest.

GREGORIVS NISSENVS, Scripsit copiosâ & eleganti oratione Vitam Gregorii Neocæsariensis Taumaturgi, præterea Orationem in laudem Basilii magni Fratris sui, & Vitam Ephrem Syri.

GREGORIVS POLIDORVS, *Pistoriensis*, *Hetruscus*, *Ordinis S. Augustini Theologus*, Gregorianus, liber sic inscriptus, in quo de XIV. Gregoriis summis Pontificibus, de XIII. Gregoriis Episcopis, de uno Gregorio Presbytero, eorúmque Vitis, moribus, & gestis, agit. Florentiæ, apud Michaëlem Angelum Sermartellum, 1598.

GREGORIVS PORTIVS, *Anconitanus*, edidit Urbano VIII. Pontifici Maximo Panegyrim. Romæ, apud Jacobum Mascardum, 1632. & deinde auctiorem, 1633. in 4.

GREGORIVS PRESBYTER, Scripsit Græcè Gregorii Nazianzeni Vitam, quæ legitur in limine operum ejus.

GREGORIVS ROLVAGEN. Oratio de Vitâ, & morte Joan. Wolfii J. C. Lavingæ, apud Mylium Augustanum.

GREGORIVS RITIVS. *Relatione del principio & stato continuato della Sacra Religione de'. Frati di S. Basilio, de gli Armeni in Italia. Papiæ*, 1648. in 4.

G. PLANTIVS, scripsit Vitam Joan. Fernelii Ambiani Medici. Extat in editione ejus operum Lugduni-Batavorum, apud Franciscum Hacquium, 1645. in 8. 2. Volum. cum ejusdem Elogiis.

GVALTERVS BVRLÆVS, *Anglus*, *Ioannis Duns Scoti sedulus cum Gulielmo Ochamo auditor*, *deinde impugnator acerrimus*, *ac Nominalis Philosophiæ affectator*, *priusque Oxonii*, *tum Parisiis ad annum* 1347. *Theologiæ Doctor*, à Lelando, Baleo, Pitseo, Ger. Joanne Vossio, & quibusdam aliis, auctor fuisse perhibetur libelli illius de Vitâ & moribus Philosophorum, quem Antonius à Sala, anno 1603, Casali, nomine suô publicavit. Vide suprà, verbô, *Antonius à Sala*, & paginam 40. Elogii Chronologici Labbæi de Galeni ætate editi è Typographia Claudii

Cramoisi, 1660. Vossius autem libro 2. de Historicis Latinis annotavit magnam fuisse imperitiam Burlei in rebus quæ ad Historiam & temporum rationem pertinent; quod tamen non ingenio, quô plurimùm valuit, sed sæculi infœlicitati, quô literæ dispretæ ubivis jacebant, tribuit.

Idem Burleus scripsit etiam de Vitâ Modernorum librum unum, teste Simlero.

GUALTERUS CHABOTIUS, *Picto Sanlupensis*, Vita Horatii ex ipsius Poematis decerpta & præfixa ejusdem Chabotii prælectionibus in Horatium. Basileæ, 1591. in folio, 2. Vol.

GUALTERUS GYMNICUS. Vita Gerardi Mercatoris, in folio.

GUARINUS, *sive* VARINUS, *Veronensis*, scripsit Vitas Platonis, & Aristotelis, quæ subjunguntur translationi Vitarum Plutarchi, editæ Basileæ à Michaële Isengrinio, anno 1550. In eodem opere habes Vitas varias à Guarino Latinè versas.

GUIBERTUS *sive* WIBERTUS MARTINUS, *Gemblacensis*, scripsit Epistolam de Scriptoribus Vitæ S. Martini. Extat ea Tomô 7. Bibliothecæ Patrum.

GUIDO ALLARDUS. *La Bibliothéque de Dauphiné contenant les Noms de ceux qui se sont distinguez par leur savoir dans cette Province, & le dénombrement de leurs Ouvrages depuis* 12. *Siécles, dressée par Monsieur Guy Allard Conseiller du Roy, Président en l'Election de Grenoble. A Grenoble, chez Laurent Gilibert*, 1680. in 12.

Ejusdem, *Les Vies de François de Beaumont, Baron des Adrets; de Charles du Puy, Seigneur de Montbrun; & de Soffrey de Calignon.* Gratianopoli, apud Joan. Nicolaum, 1675. in 12.

GUIDO CASONI, scripsit Italicè Vitam Torquati Tassi. Venetiis, 1626. in 12.

GUIDO FABER. *La Vie & mœurs de Messire Guy du Faur de Pybrac, Président au Parlement de Paris. Traduite du Latin de Charles Pascal, par Guy du Faur Seigneur d'Hermay. A Paris, chez Thibault du Val*, 1617. in 12.

GUIDO PATINUS, *Medicinæ Professor in Collegio Regio Parisiensi. Lettres Choisies dans lesquelles sont contenuës plusieurs particularitez Historiques sur la Vie & la mort de plusieurs Savans de ce*

siécle

siècle & sur leurs Ecrits. A Francfort. Pour Jean Louys Du-Four, 1683. in 12.

Idem, teste Claudio Joly in Notis ad Opuscula Antonii Loiselli, pag. 591. Auctor est Elogiorum Francisci Myronis & Simonis Pietræi, quæ leguntur inter Elogia Papyrii Massonis, Tomo. 2.

GUIDO PANCIROLIUS, *Regiensis*, *I. C.* De Claris legum Interpretibus libri quatuor. Venetiis, 1637. in 4. apud Marcum Antonium Brugiolum, tum ibidem, 1655. in 4.

GUIDO RAVENNAS, *Presbyter*, Romanorum Pontificum vitas scripsit.

GULIELMUS, *Anglus*, *Benedictinus*, scripsit Vitam, passionem & miracula S. Thomæ Cantuariensis.

GULIELMUS, *Abbas S. Theodorici*, *postea Monachus Claravallensis sub B. Bernardo*, orsus est in litteras referre Vitam B. Bernardi, sed morte præventus (nam ante ipsum Bernardum decessit,) absolvere non potuit. Gulielmi hujus est liber primus, de Vitâ Bernardi, liber secundus est Bernardi Bonævallis Abbatis. Tertii & quarti Auctor est Gofridus Monachus Claravallensis. Quidam dicunt quatuor ultimos scriptos esse à Bernardo Bonævallensi.

GULIELMUS BALDEVYN, *Anglus*, scripsit Linguâ vulgari, Vitas & Responsa Philosophorum lib. 1.

GULIELMUS BARLOW. Vita & obitus Richardi Cosin, Legum Doctoris. Londini, 1548. in 4.

GULIELMUS BATESIUS, *Londinensis*, *Parochiæ Sancti Dunstani ad Occidentem Rector*, collegit & edidit Vitas Selectorum aliquot Virorum, qui doctrinâ, dignitate, aut pietate inclaruêre. Londini, apud Georgium Wels, 1681. in 4.

GULIELMUS BELENDENUS, *Scotus*. De tribus Luminaribus Romanorum libri sedecim, sive, Elogia varia ex operum Ciceronis tomis quatuor, hinc inde collecta. Parisiis, in folio, anno 1630. apud Tussanum du Bray.

GULIELMUS BIBLIOTHECARIUS, Continuavit historiam Pontificum ab Anastasio incœptam.

GULIELMUS BRETONUS, *Anglus*, *Minorita*. Bibliotheca SS. Patrum, idémque opus abbreviatum citatur à quibusdam.

GULIELMUS BURTON. Binæ Orationes funebres in obitum Thomæ Alleni. Londini, 1632. in 4.

GVLIELMVS CAMERARIVS, *Scotus*, de Scotis Illustribus nonnulla scripsisse perhibetur.

GVLIELMVS CANTERVS. Prolegomena in Lycophronem; in quibus de Vitâ Lycophronis & de Poëmate Cassandra agitur. Genevæ, apud Hieronymum Commelinum, 1596. in 8.

Idem Aristidis Vitam descripsit in Prolegomenis ad Aristidis Orationes. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1566. in folio, & Genevæ, apud Paulum Stephanum, 1604. in 8. Vide quoque, verbô, *Iosias Simlerus*.

GVLIELMVS CANTVARIENSIS, *Monachus Congregationis Cluniacensis*, *Anglus*, scripsit de Vita & passione S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi.

GVLIELMVS CATADEGVS, *Parmensis*, *Bibliothecarius Apostolicus*, Vitas Romanorum Pontificum à D. Petro, ad Innocentium IV. & ad annum Christi 1243. quô vixit, deduxit.

GVLIELMVS CODDÆVS, *natus Lugduni apud Batavos*. Oratio funebris Rodolphi Snellii Mathematici laudibus dicata.

Ejusdem, Catalogus librorum omnium Arabicorum, Chaldaïcorum, Syriacorum, & Hebraïcorum, qui aut allegantur, aut tam inediti, quàm editi, extant.

GVLIELMVS COLLETETVS, *Parisinus*, *unus è quadraginta Academiæ Gallicæ. Les Eloges des Hommes Illustres, qui depuis un Siécle ont fleuri en France, dans la profeßion des Lettres, composez en Latin par Scevole de Sainte Marthe, & mis en François par le Sieur Colletet.* A Paris, chez Antoine de Sommaville, Augustin Courbé, &c. 1644. in 4.

La Vie de Meßire Nicolas Vignier Historiographe du Roy. Extat in limine Tomi quarti Bibliothecæ Historialis ejusdem Vignerii, editi Parisiis, in folio, anno 1650. apud Viduam Joan. Camusat & Petrum Petitum.

Idem Colletetus scripsit Gallicè Vitam Raimundi Lulli, quæ adjecta est libro, cui titulus, *La Clavicule, ou la Sience de Raimond Lulle, par le Sieur Iacob.* A Paris, chez Jean Remy, 1647. in 8.

Idem anno 1658. edidit Parisiis, apud Antonium de Sommaville, & Ludovicum Champ-Houdry, in 12. libellum vulgari Idiomate

mate conscriptum, in quo agit de Epigrammate, de Sonulo, de Idyllio, ac Poësi morali, præsertim tetrastichis nostratibus inclusâ, & singularia de Poëtis pluribus lectoribus suis subministravit.

Pertexuit quoque eleganti Stylo Poëtarum Gallorum & plurimorum Illustrium Virorum Vitas, quæ nondum editæ sunt.

GULIELMUS CROWÆUS, *Sudovolgiensis, Ludimagister Croydoniensis*, Elenchus Scriptorum in Sacram Scripturam, tam Græcorum, quàm Latinorum, &c. in quô exhibentur eorum Gens, Patria, Professio, Religio, Librorum tituli, Volumina, Editiones variæ, quô tempore claruerint, vel obierint, Elogia item aliquot Virorum clarissimorum. Londini, apud Mosen Pitts, 1672. in 12.

GULIELMUS DUVALLIUS, *Pontisseranus, Doctor Medicus, & Professor Regius, auctor novæ Synopseos doctrinæ Peripateticæ*, Ad calcem operum omnium Aristotelis, editionis Lutetianæ, anni 1639. excudendum curavit Paschalis Galli Pictonis Indicem, (de quo infrà) auxitque collatâ symbolâ recentiorum qui in Aristotelis opera scripsêre, vel qui Philosophicas tractationes edidêre, appositis nominibus.

Idem Regiorum Professorum Catalogum contexuit Gallicô Idiomate, in 4. anno 1644. atque egit de Sanctis Medicis hoc titulo.

Historia monogramma, sive pictura linearis Sanctorum Medicorum & Medicarum, in expeditum redacta breviarium. Adjecta est Series nova, sive Auctarium, de Sanctis præsertim Galliæ, qui ægris opitulantur, certósque procurant morbos.

Item digressiuncula de plantis nomenclaturæ sanctioris, &c. Parisiis, 1643. in 4. apud viduam Hieronymi Blageart.

GULIELMUS ERSINGRENIUS, eô tempore in Germania (ut ait Possevinus) quô Sixtus Senensis in Italia condebat Bibliothecam Sanctam, laboravit in opere quod inscripsit, Catalogus Testium Veritatis, quô quidem Patrum & Ecclesiasticorum extantium & non extantium, qui ad eam usque diem hæresium impuram vaniloquentiam expugnaverant, ostendit, Vitam item ac mortem plerumque notavit, per temporum, ut Tritemius, non per Alphabeti Seriem, quod fecit Sixtus. Qui

Gulielmus plus mille commemorat Auctores, quàm Sixtus pro ratione consilii sui attulerat. Vide suprà, verbô, *Adolphus Gotefridus Volusius.*

Ejusdem extant Centenarii duo adversùs Historiam Magdeburgensium. Monachii, in folio.

GULIELMUS FITZERUS, *Anglus*, parabat elegantissimum opus, in quo Effigies Virorum literis præstantium, & toto Orbe fulgentium ære ad vivum expressas repræsentare volebat; Nescio an in lucem emiserit.

GULIELMUS FLAMENS, *Canonicus Andomatunensis. La Vie de S. Bernard Abbé de Clairvaux.* A Paris, par François Reinaud, in 8.

GULIELMVS GATADEGVS, *Parmensis*, *Scholarum Magister & S. R. E. Vicecancellarius & Bibliothecarius Apostolicus*, scripsit Romanorum Pontificum Vitas à S. Petro usque ad Innocentium IV.

GVLIELMVS GAZETVS, *Atrebati Pastor ad S. Mariam Magdalenam.* Bibliotheca Theologorum, aliorúmque Scriptorum Belgii, Gallicè, in 8. Atrebati, 1610. apud Gulielmum Rivierium. *La Bibliothéque Sacrée des Païs-Bas, contenant le nom des Auteurs avec le Catalogue des Oeuvres qu'ils ont laissez à la postérité, ensuite des tableaux sacrez du même Gazet.*

GVLIELMVS, GILLYNHAM *cognomine, à natali loco, Anglus, S. Benedicti Monachus*, librum collegit de Scriptoribus sui Ordinis.

GVLIELMVS GNAPHEVS, *Hagiensis*, Scripsit Vitam Joannis Pistorii à Verdan primi exusti apud Hollandos ob Evangelium, Argentinæ excusam.

GVLIELMVS INSVLANVS MENAPIVS, *Grevilbrocensis.* Laudatio funebris Desiderii Erasmi. Basileæ, in 8. Typis Roberti Winteri.

GVLIELMVS JOLI, *in Curiâ Parisiensi Advocatus*, scripsit Gallicè Vitam Guidonis Coquille, præmissam ejusdem Coqulle operibus. Parisiis, apud Carolum de Sercy, 1666. 2. Volum. in folio, editis.

GVLIELMVS KELNERVS à ZINNENDORF. *I. V. D.* Wolfangi Andreæ Rhenii à Kotz Augustensis Ecclesiæ Præpositi

Vita

Vita & mors, Ingolstadii, 1590. in 4.

GULIELMUS LILIUS, de Britannis eruditis scripsisse dicitur, sed fortè idem est qui Georgius Lilius, de quô suprà.

GVLIELMVS MALMESBURIENSIS, *Anglus*, *Monachus Congregationis Cluniacensis*, scripsit libros quinque de Vitis Pontificum.

GVLIELMVS MORELLIUS, *Typographus Regius*. Tabula Compendiosa de origine, successione, ætate, & doctrinâ veterum Philosophorum, ex Plutarcho, Laërtio, Cicerone, aliisque ejus generis Scriptoribus, cum Hieronymi Wolfii Annotationibus, & libello Desiderii Jacotii Vandoperani de Philosophorum doctrinâ ex Cicerone, &c. Basileæ, ex officinâ Hervagianâ, per Eusebium Episcopium, 1580. in 8.

GVLIELMVS PASTREGIVS, *seu* PASTERGICVS, *Veronensis*; De originibus rerum libellus, in quo agitur de Scriptis Virorum illustrium, de Fundatoribus Urbium, de primis rerum nominibus, de Inventoribus rerum, de primis dignitatibus, déque magnificis institutionibus, è tenebris eductus in lucem à Michaële Angelo Blondo. Venetiis, 1547. in 8. apud Scipionem Blondum.

GVLIELMVS PERKINSIVS, *Anglus*, *patriâ Varvicensis*, *oppidô Marstonius*, *Theologus Cantabrigiensis*, nonnulla refert de Scriptoribus, in præparatione ad demonstrationem problematis, &c. Hannoniæ, 1604. in 12. apud Gulielmum Antonium.

GVLIELMVS PHILANDER, *Castilionius*. Vita Vitruvii & Notæ ad 10. ejus libros de Architecturâ. Lugduni, 1586. in 4. Parisiis, 1545. in 8. & Amstelodami, 1649.

GVLIELMVS PISCIS, *Atrebas*, dedit carmine Heroïco Desiderii Erasmi Roterodami Encomium, & Epitaphia in ejusdem obitum. Lovanii, apud Rutgerum Rescium, 1557. & Antuerpiæ, apud Mart. Cæsarem, anno eôdem.

GVLIELMVS POSTELLVS, *Barentonius*, *Normannus*, inter alia quæ pluribus libellis publicavit, dicitur scripsisse Vitas illustrium Virorum sui sæculi, & eorum maximè qui invenisse ea videntur, quæ nunquam anteà cognita creduntur.

GVLIELMVS RASTALLVS, *Londinensis*, scripsit Vitam Thomæ Mori avunculi sui.

GVLIELMVS

GULIELMUS ROVILLIUS, *Typographus Lugdunensis*, edidit, suô nomine, anno 1553. in 4. Promptuarium Iconum cum brevibus clarorum & eruditorum Virorum Elogiis. Catalogus librorum, Lugduni, Parisiis, in Italia, Germania & Flandria excusorum qui reperiuntur in ædibus hæredum Gulielmi Rovillii, Lugduni, 1604. in 12.

GULIELMUS SPOOLBERGIUS. Speculum Vitæ B. Francisci, & Sociorum ejus. Antuerpiæ, 1620. in 8.

GULIELMUS STEPHANIDES, *Cantuariensis*, *Monachus Congregationis Cluniacensis*, scripsit de Vitâ, passione, & miraculis S. Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi. Hic Autor, (si credendum Vossio lib. 2. de Histor. Latin.) idem est atque Gulielmus Anglus, & Gulielmus Cantuariensis, de quibus suprà. Sed Possevinus de iis tanquam de diversis agit.

GULIELMUS TAELEOMIUS, *Brugensis*, *Archidiaconus Audomaropolitanus*. Laudatio funebris in obitum Jacobi Pamelii Episcopi Audomaropolitani designati. Antuerpiæ. Typis Petri Belleri, 1589. in 4.

GULIELMUS VORNTKEN, *Ultrajectinus*, *Canonicus Regularis S. Augustini*; Regularium Canonicorum Viri illustres, seu, de Origine Collegii in Windesseime.

GULIELMUS XYLANDER, *Augustanus*, in præfatione suâ ad Georgii Cedreni Annales, de ejus Vitâ & Historiâ scripsit. Basileæ, per Joannem Oporinum, & Episcopios Fratres, in folio.

Idem Plutarchi Vitas in Linguam Latinam transtulit, additis annotationibus.

GUNDISALVUS ILLESCAS, *Hispanus*, *Abbas S. Frontonis*, Historia & Vitæ summorum Pontificum à S. Petro usque ad sua tempora, Idiomate patriô. Burgis, apud Martinum Victorium, 1589.

GUTHBERTUS GIRUVICIUS *Giruvicensis Cœnobii Monachus*, *Bedæ discipulus*, scripsit de Bedæ Vitâ & obitû librum unum.

H.

H.

HADRIANUS BARLANDUS, *Zelandus*, De litteratis Urbis Romæ Principibus ſcripſiſſe dicitur. Edidit etiam Epiſtolam de Vitâ ſuâ ac Scriptis.

HADRIANVS CARDINALIS, tit. Sancti Chryſogoni. De Poëtis librum ſcripſiſſe dicitur, impreſſum Coloniæ, anno 1540.

HADRIANUS HECQUETIUS, *Atrebas, Ordinis Carmelitarum*, in libro, cui titulus, Peripetaſmata argumentorum inſignium, funera illuſtria potiſſimùm Doctorum Virorum exequitur, &c. Lovanii, apud Joan. Bogardum, 1564. in 4.

HADRIANUS JUNIUS, *Hornanus, Medicus*, Hiſtoricus, Philologus, Poëta. Heſychium de iis qui eruditionis famâ claruerunt, & Eunapium de Vitis Sophiſtarum è Græco in Linguam Latinam tranſtulit. Typis Plantinianis, 1578. in 8. & alibi.

Ejuſdem, fœtus poſthumus, Batavia, in quâ de Batavis doctrinâ conſpicuis agit. Lugduni-Batavorum, 1588. in 4.

HADRIANVS PAW, *Eques*. Catalogus omnium librorum & M.SS. ejus Bibliothecæ prodiit, in 4. anno 1633. Hagæ Comitis.

HADRIANUS de PROST, *Gandenſis, I.V.D. Lovanienſis*, Thomæ Aquinati Panegyricum Bruxellis recitavit, & Lovanii edidit, 1630. in 4. Dormalii Typis.

HADRIANUS VALESIVS, *Pariſinus, Hiſtoriographus Regius*. de Vitâ Henrici Valeſii Hiſtoriographi Regii liber 1. in 8. Pariſiis, apud Petrum Petitum, 1677.

HADRIANVS VANDER-BVRCHIVS, *Brugenſis*, ſcripſit carmine Laudes Hieronymi Columnæ, & Aſcanii Columnæ, &c. Antuerpiæ, 1582. in 4.

HEBED-JESU, *Metropolita Solenſis*, De Scriptoribus Eccleſiaſticis & profanis Chaldæorum Latinitate donatus, & Notis illuſtratus ab Abrahamo Echellenſi, Syriacæ Linguæ in Collegio

Romano Professore. Romæ, Typis Congregationis de fide propagandâ, anno 1643. & Moguntiæ, ex editione Bartholdi Nihusii, 1655. in 8. Typis Nicolai Heyllii. Notas Echellensis eruditas appellat Joan. B. Marus ad Petrum Diaconum de Cl. Cassinensibus præf. Sed Doctissimus Hottingerus (in Bibliothecario p. 1. c. 1.) asserit raritate potiùs quàm soliditate, & accuratione commendabiles esse.

HECTOR BOETHIVS, *Scotus*, scripsit Vitas Aderbonensium Episcoporum.

HECTOR BOVRICIVS, *Frisius, I. V. D. & Professor in Academiâ Franekeranâ, ac postremò in supremâ Frisiorum Curiâ Senator*, edidit Orationem funebrem in obitum Timæi Fabri J. C. Franekeræ, 1623. in 4.

HENNINGVS GROSSIVS. Elenchus, sive Index generalis in quo continentur libri omnes qui post annum 1593. usque ad annum 1600. in Sancto Romano Imperio, & Vicinis Regionibus novi auctíve prodierunt. Lipsiæ, 1600. in 4.

HENRICVS ALBY. S. J. *Eloges Historiques des Cardinaux François, & étrangers mis en parallele avec leurs portraits.* A Paris, 1644. in 4.

HENRICVS BANGERTVS. De Antonii Coleri J. C. & Consulis Lubecensis ortû, Vitâ & excessû, Commentatio. Lubecæ, apud Michaëlem Volkium. 1666. in 4.

HENRICVS BLACVODÆVS, *Scotus*, de claris Medicis à quibusdam scripsisse dicitur.

HENRICVS BOCERVS, J. C. Orationes duæ de dignitate Academiarum &c. Tubingæ, anno 1617. in 8.

Ejusdem, Oratio de Vitâ, & obitû Joannis Hochmanni. Ibidem, apud Cellium, 1604. in 4.

HENRICVS BRVCERVS, *Medicus & Mathematicus*, Catalogum Astrologorum dicitur subjunxisse libris tribus de primo mobili.

HENRICVS CANISIVS, *Noviomagensis. I. V. D. & in Academiâ Ingolstadiensi Professor ordinarius.* Extant antiquarum Lectionum Tomi Sex, in quibus Varia priscorum Autorum monumenta, mediæ imprimis ætatis, nunquam anteà evulgata, pleraque cum Notis, continentur. Ingolstadii, in 4. in Typographiâ

Ede-

Ederianâ, apud Andream Angermarium annis 1601. 1602. 1603. 1604. Eorum Catalogus legitur apud Possevinum in Apparatu, Labbæum in primo supplemento speciminis antiquarum Lectionum, sive Bibliothecæ Manuscriptorum librorum, pag. 152. & sequentibus; apud Joannem Henaut, 1653. & Hallervodium in Bibliothecâ Curiosâ editâ Regiomonti & Francofurti, 1676.

HENRICUS DIOLA & BARTOLOMÆUS CIMARELLUS. Partes quatuor Chronici Italicè scripti de Ordine S. Francisci extant excusæ Venetiis, in 4. annis 1617. & 1621. Voluminibus quinque.

HENRICUS ERNESTUS, *vel* ERNSTIUS, *Helmestadiensis*. Catalogus librorum refertissimæ Bibliothecæ Mediceæ, quæ Florentiæ asservatur in Cœnobio D. Laurentii. Amstelodami, in 8. anno 1641. apud Joannem Jansonium. Hottingerus in Bibliothecario notavit hunc Catalogum affectum magis quàm perfectum esse, ac propterea ab ipsis Florentinis secundas curas Wilhelmi Langii prioribus præferri; cui tamen, Orientales dumtaxat, Græcósque recensere libros, prætеritis Latinis & Italicis, placuit. Et verò Catalogum illum auctiorem & emendatiorem pollicitus est, inter scripta ad edendum parata, in indice librorum & lucubrationum suarum edito Harlemi, 1665. in 8. ipsemet Ernstius. Videndus quoq; Possevinus, qui etiam de alterâ, quæ Florentiæ apud S. Marcum servatur, Mediceorum Principum Bibliothecâ, mentionem facit, in Auctario Apparatûs Sacri.

HENRICUS FABRICIUS, *Medicus & Gymnasii Hornbacensis Rector*. Oratio parentalis Hieronymi Tragi Medici Breslensis.

HENRICUS de GANDAVO, cognomentò GOETHALSIUS, *sive* BONICOLLIUS, *Archidiaconus Tornacensis, in Academiâ Parisiensi Doctor Solemnis, vulgò dictus*. Liber de Viris illustribus seu præcipuis Ecclesiæ Scriptoribus, qui post Sigeberti Gemblacensis ætatem ad sua usque tempora floruerunt, omissus à Josia Simlero, aut ejus continuatore Joanne Jacobo Frisio, editus fuit operâ Petri Suffridii Leovardiensis, Coloniæ, in 8. apud Maternum Cholinum, anno 1580. cum ejusdem argumenti libris, S. Hieronymi, Isidori Hispalensis, Honorii Augustodunensis, & Sigeberti Gemblacensis. Iterum prodiit An-

tuerpiæ, 1639. apud Jacobum Mesium, in folio, cum Scholiis Aub. Miræi.

HENRICVS GEILHVSIVS, *Benedictinus*, Vitam S. Benedicti carmine expressit.

HENRICVS GELDORPIVS. Ruardi Tapperi Apotheosis, 1558. in 4. Opus illud, verba sunt Valerii Andreæ, Sannis & Scommatibus plenum, genium auctoris sui prodit, ex quo alioqui summi illius Viri acta dilucidè patent.

HENRICVS HARPIVS. *O. M.* Index expurgatorius in libros Theologiæ Mysticæ Henrici Harpii Ordinis Minorum, ad exemplar eorundem librorum Romæ impressorum, collectus operâ Cartusianæ Familiæ. Parisiis, apud Robertum Nivellium, 1598. in 8.

HENRICVS HOLLANDVS, *Anglus quibusdam, sed Belgam facit Valerius Andreas.* Heroologia Anglica, hoc est clarissimorum & doctissimorum aliquot Anglorum, qui floruerunt ab anno Christi M. D. usque ad annum 1620. vivæ effigies, Vitæ, & Elogia. Tom. 2. Amstelodami, impensis Crispini Passæi, & Joan. Jansonii, in folio.

Ejusdem, Vita Thomæ Stapletonis, præfixa ejus operibus. Parisiis, 1620. 4. Vol. in folio.

HENRICVS HOPNERVS, *Professor Lipsiensis.* Oratio funebris in obitum Policarpi Liseri, Theologiæ Professoris, & Ecclesiæ Lipsiensis Superintendentis. Lipsiæ, 1633. in 4.

Ejusdem, parentatio Memoriæ Michaëlis Wirthii J. U. D. & Professoris in Academiâ Lipsiensi. Ibidem, 1612. in 4.

HENRICVS HVLDRICH, *Tigurinus, Scholarcha*, Bibliotheca Thuricensium, sive Tigurinorum publica, privata, Selectiorum variarum Linguarum & Scientiarum, librorum, &c. Tiguri, 1629. in 4.

HENRICVS HYRÆUS, *Insulensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Doctor Theologus Tolosanus.* Vita B. Thomæ de Villanovâ Archiepiscopi Valentini, Gallicè. Bruxellis, 1621. in 8.

HENRICVS JVLIVS SCHEVRLIVS, scripsit Bibliographiam Moralem in 8. Idem de præstantissimis Latinis Scriptoribus, unà cum singulorum elogiis egit Statuæ Mercurii, parte 2. Sect. 2.

HENRICUS KITSHIUS, *σκιαγραφία σχηματισμένη*, sive tabella exactissima titulorum Bibliothecæ Anhaldinæ. Servestæ, 1609. formâ patente.

Ejusdem discursus de Bibliothecâ instituendâ, eâque in singulos annos locupletandâ, secundùm Vitæ tria genera. Theosophum, Politicum, Oeconomicum. Ibid. 1609.

HENRICUS LUDOVICUS CHASTEIGNIER, *de la Rochepo-say, origine Picto, sed Tibure propè Romam natus, Episcopus Pictaviensis.* Nomenclator S. R. E. Cardinalium, qui ab anno Christi millesimo quippiam commentati sunt, seu ab eo tempore quô Pontificis electione ad eos tantùm, ob Romani Cleri multitudinem, revocatâ, maximus ille honor, (qualem videmus) haberi cœptus est. Accesserunt ad calcem Pontificum & Cardinalium Epitaphia supra ducenta, quæ Alphonsi Ciacconi libro de Pontificum gestis apposita, interseri operæ pretium est. Tolosæ, apud Dominicum de la Case, anno 1614. in 4. absque Autoris nomine, eodem verò posterioribus curis præfixô, Pictavii, 1616. in 4. Vide Colomesii Cimelia litteraria pag. 104. & 105. & Placcium de Anonymis, pag. 45.

HENRICUS de MAUPAS, scripsit Vitam Francisci Salesii Episcopi Genevensis dicti.

HENRICUS MEIBOMIUS, *Professor in Academiâ Iuliâ*, scripsit Panegyricum Joachimo Mynsingero J. C. Stutgardiano, Ducatûs Brunsvicensis Archicamerario & Cancellario.

HENRICUS de MESMES, *sive* MEMMIUS. De Poëtis Gallis scripsisse dicitur.

HENRICUS ORÆUS, *Assenheimensis.* Nomenclator præcipuorum Doctorum, Scriptorum, &c. Hanoviæ, apud Aubrios, anno 1619. in 12.

HENRICUS PANTALEO, *Physicus, Basileensis*, Prosopographiæ illustrium Virorum totius Germaniæ tres partes. Basileæ, in folio, annis 1565. & 1566. in officinâ Nicolai Brylingeri.

HENRICUS PETRI, *Typographus Basileensis.* Catalogus librorum qui ex officinâ Typographicâ Henric-Petrianâ ad publicum prodierunt, continuatus usque ad annum 1628. Basileæ, in 4.

HENRICUS de POMEREN; Vita Joannis Rusbrochii Prioris Canonicorum Regularium S. Augustini Monasterii Vallis Viri-

dis, propè Bruxellas. Ad calcem operum ejusdem Rusbrochii. Coloniæ, 1609. in 4.

HENRICUS RANZOVIUS, *Holsatus, Vir nobilissimus.* Catalogus Imperatorum, Regum, Principum, ac Virorum illustrium, qui Artem Astrologicam amârunt, & exercuerunt. Lipsiæ, in 8. anno 1581. & in 4. 1584. Vide locupletiorem & ornatiorem tertiâ editione in 4. anno 1585. apud Maternum Cholinum.

HENRICUS SCHÆVIUS, *Medicus.* Oratio de Vitâ Georgii Kirstenii Medicinæ Doctoris & Professoris apud Stetinenses.

HENRICUS SCHORUS, *Germanus.* Breviarium Pontificum Romanorum. Argentorati, 1588. in 4.

HENRICUS SEDULIUS, *Clivensis, Ordinis Minorum in Belgio Minister Provincialis*; Historia Seraphica, sive Sanctorum Ordinis Franciscani Vitæ, cum Notis. Antuerpiæ, Typis Nutii, in folio, anno 1613.

Ejusdem, S. Bonaventura de Vita S. Francisci Commentario illustratus. Ibid. Typis Plantinianis, 1597. in 8.

Idem, Imagines Religiosorum S. Francisci, in æs incidendas curavit, additis brevibus Elogiis. Ibidem, apud Gallæum, anno 1602.

HENRICUS SMEYERS, *Bruxellensis*, edidit à se habitam Orationem de D. Thomâ Aquinate Doctore Angelico. Bruxellis. 1624. in 4.

HENRICUS SOMMALIUS, *S. I.* Thomæ Malleoli à Kempis Canonici Reg. opera omnia ad Autographa ejusdem emendata, aucta, & in tres Tomos distributa, quorum Tomus primus continet Vitam & commendationem ejusdem Thomæ à Kempis per Georgium Pirckaimerum Carthusianum, & per Jodocum Badium Ascensium, Catalogum operum quæ composuit, ex Trithemio de Script. Eccles. Vitam Thomæ à Kempis, per Franciscum Tolensem ejusdem Ordinis, & Domûs, cujus ipse auctor fuit, &c. operâ ac studiô Henrici Sommalii. Coloniæ Agrippinæ, 1680. in 8.

HENRICUS SPONDANUS, *Mauleocensis, Apamiarum Galliæ Narbonensis Episcopus*, scripsit Cæsaris Baronii Cardinalis Elogium,

gium, quod præmissum est Annalibus ejusdem Baronii, in Epitomen à Spondano redactis. Lutetiæ Parisiorum, 1639. in folio.

Idem Spondanus in Continuatione Annalium Baronii editâ ibidem, anno 1641. 3. Volum. in folio, multa habet de Viris doctrinâ illustribus.

HENRICUS STEPHANUS, *Parisinus*, *Typographus*, Francofordiense Emporium, sive Nundinatio Francofurtensis, quæ & varias Musarum merces, partim solutâ oratione, partim carmine exhibet, apud Auctorem, in 8. anno 1574.

Ejusdem, de Diodoro Siculo & ejus Scriptis brevis Tractatus, Diodori Bibliothecæ præfixus. Basileæ, ex officinâ Henric-Petriana, 1578. in folio.

Ejusdem, Prolegomena de Dionysio Halicarnassæo, impressa Genevæ, 1588. apud Eustachium Vignon, cum Halicarnassæi antiquitatum libris.

Index librorum qui ex officinâ Henrici Stephani prodierunt anno 1569. in 8. cum ejusdem Epistolâ de suæ Typographiæ statû, nominatimque de suo Thesauro Linguæ Græcæ, & quàm misera sit Veterum Scriptorum conditio in quorundam Typographorum præla incidentium. Inserti sunt nonnulli ex iis Autoribus, quos ejus Pater Robertus Stephanus ediderat.

HENRICUS VALESIUS, *Parisinus*, *Historiographus Regius*. Oratio in obitum Dionysii Petavii. Parisiis, 1651. in 4.

Idem scripsit Orationem in obitum Jacobi Sirmondi S. J.

Ejusdem, de Vitâ, Scriptisque Eusebii Pamphili Cæsariensis Episcopi Dissertatio, præfixa Eusebii Historiæ Ecclesiasticæ editæ Parisiis, apud Antonium Vitré, anno 1659. in folio.

Scripsit etiam Orationem in obitum Petri Puteani. Parisiis, 1652. in 4.

HENRICUS VANDENZYPE. Sanctus Gregorius Magnus primus ejus nominis Pontificum Romanorum, Coloniæ, apud Joan. Kinckium, 1611. in 8. Ipris, eodem anno.

HENRICVS WILLOTUS, *Leodiensis Belga*, *Ordinis Minorum*. Athenæ Orthodoxorum Sodalitii Franciscani, qui vel selectâ eruditione, vel floridiore eloquentiâ, vel editis Scriptis, sanctissimæ Dei Sponsæ Romanæ Ecclesiæ operam navàrunt, sive liber de Scriptoribus Ordinis S. Francisci. Leodii, apud Arnoldum.

dum à Consuvarennia, anno 1598. in 8. Altera editio, Antuerpiæ, apud Petrum Bellerum, 1600. in 8.

HENRICUS WOTTONUS. Epistola de Gaspare Scioppio, cui, propter argumenti similitudinem, alia quoque adjecta sunt. Ambergæ, 1637.

HERCULES CIOFANIUS, *Sulmonensis*. Antiquissimæ & nobilissimæ Urbis Sulmonis descriptio, unà cum Ovidii Vitâ, & effigie. Aquilæ, ex officinâ Josephi Caccii, 1578. in 8. Et cum observationibus ejusdem in Ovidium. Antuerpiæ, apud Christoph. Plantinum, 1583. in 8.

HERIBERTUS de BOSHAM, *sive* BOSSENHAM, *ab Epistolis Thomæ Becketi, Regni Anglicani priùs Cancellarii, posteà Episcopi Cantuariensis*, ejusdem Thomæ Vitam descripsit; & factus est Cardinalis.

HERIBERTUS ROSWEYDUS, *Ultrajectinus, Iesuita*, Edidit Vitas Patrum mendis repurgatas, & Notis illustratas. Antuerpiæ, Typis Plantinianis, 1615. in folio, & auctiùs, perpolitiúsque 1618. Et Lugduni, apud Durandum, 1617. sed & Belgicè prodierunt Antuerpiæ, apud Hieronymum Verdussen, 1617. & Gallicè atque aliis linguis, alibi.

Idem S. Paulini Vitam ab amico Romæ perscriptam, unà cum Paulini operibus, suisque & Frontonis Ducæi in eum Notis edidit, apud Plantinum, anno 1622.

Ejusdem, Vita S. Ignatii Loiolæ & Philippi Nerii ex Actis Canonizationis.

HERMANNUS BUSCHIUS PAMPHILUS. Vita Silii Italici breviter collecta, in fronte ejus Poematis de bello Punico, Amstelodami, apud Gulielmum Blaeu. 1631.

HERMANNUS CONRINGIUS, *Frisius, Medicinæ Doctor & Professor, Helmstadii*, De Antiquitatibus Academicis, dissertationes sex habitæ in Academiâ Juliâ. Helmstadii, apud Henningum Mullerum, in 4. anno 1651.

De Augustâ Bibliothecâ Ducis Brunsvvicensis & Luneburgensis, quæ est in Arce Wolfenbutellensi, ad Illustrem & generosum Joannem Christianum Beineburgium Epistola, quâ simul de omni re Bibliothecariâ disseritur. Ibidem apud eundem, eâdem formâ. Illa Bibliotheca habet volumina quasi vicesies

octies

octies mille, ex quibus Codices M. S.S. sunt bis mille circiter, Graeci, Latini, Hebraïci, Arabici, aliarúmque Linguarum, & quidem optimae notae omnes, complures hactenus Typis non excusi, ut ait Hottingerus in Bibliothecario.

Idem de Hermeticâ Ægyptiorum vetere, & Paracelsicorum novâ Medicinâ. Ibid. apud eundem, in 4.

HERMANNVS CRVSERIVS, *Campensis, Medicus & I.V. Doctor.* Plutarchi Vitas ac Moralia in Linguam Latinam transtulit. Basileae, apud Guarin. in folio, 1573. in quâ Versione meritò cum Xylandro de palmâ contendit, judice Valerio Andrea.

HERMANNVS à FOLKERSHEIM, *Frisius*, è Graeco Latinè reddidit Marinum Neapolitanum de Vitâ Procli. Tiguri, apud Gesneros Fratres.

HERMANNVS HAMELMANNVS, apud *Bilveldenses Ecclesiastes*, Libros sex scripsisse de Scriptoribus Vestphalis dicitur. Verùm in Catalogo, quem suâ manû descriptum ad Simlerum misit, non comparent.

HERMANNVS HUGO, *Bruxellensis, Iesuita*, Vitam Caroli Spinulae S. J. à Fabio Ambrosio Spinula Italicè scriptam, item Vitam Joannis Berchmanni Flandro-Belgae ex eadem Societate, à Virgilio Cepario similiter Italicè descriptam, Latinè reddidit. Typis Plantinianis, 1630. in 8.

HERMANNVS KIRCHNERVS. Oratio de Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus Germaniae, qui Doctores & Magistri in Academiâ publicè promoti. Marpurgi, 1608.

HERMANNVS LANGVEVELTIVS, *quod fictitium nomen putat Valerius Andreas*, scripsit Vitam Martini Antonii Delrio Antuerpiensis Jesuitae, editam Antuerpiae, Typis Plantinianis Moreti.

HERODOTVS HALICARNASSEVS. Tribuitur ei liber de Vitâ Homeri; qui tamen an genuinus sit, nondum satis convenit inter Eruditos. Vide Xylandri Annotat. in Plutarchum de Vitâ Homeri, & Vossium de Historicis Graecis cap. 3. lib. 1.

HESYCHIVS ILLVSTRIVS, *Milesius, sub Zenone, & Anastasio Imperatoribus clarus*, De Viris eruditis libellus, in quo ferè Laertium exscribit, ex Bibliothecâ Sambuci primùm prolatus,

R cum

cum interpretatione Hadriani Junii, ac Notis. Antuerpiæ, ex officinâ Christophori Plantini, 1572. in 8. Deinde Græcè, cum ejusdem interpretatione, & Notis Joannis Meursii. Lugduni-Batavorum, anno 1613.

HIEREMIAS PADVANVS. De Auctoribus Scientiarum & Libris eorum cum Epitome Sapientiæ; seu Locis Communibus congestis ex Sacris & profanis, Veteribus & recentioribus, doctis & barbaris. Venetiis, 1505. in 4. apud Petrum Liechtenstein. Meminit Gesnerus, cùm in Bibliothecâ, tùm Pandectarum tit. 13.

HIEREMIAS, Vide *Ieremias*.

HIERONYMVS ALBERTVCIVS, BVRSELLVS, *Bononiensis, Ordinis Prædicatorum*, texuit tabulam de Viris Illustribus ejusdem Ordinis.

HIERONYMVS BARDVS, *Florentinus*. Memoranda Venetæ Urbis libris duobus, in quibus de Illustribus Viris multa Italicè, Venetiis, apud Felicem Valgrisium, 1587. in 8. *Delle cose notabili della Città di Venecia*, &c.

HIERONYMVS BARNABÆVS, *Perusinus*. Vita Cæsaris Baronii Cardinalis. Romæ, 1651. in 4.

HIERONYMVS BENEVENTANVS. *Harangue funèbre consacrée à l'heureuse mémoire de l'Illustrissime Cardinal de Ioyeuse, Par Hierome de Benevent, Trésorier général de France en Berry. A Paris, chez Isaac Mesnier*, 1616. in 8.

Idem edidit Orationem in funere Petri Gondii Cardinalis.

HIERONYMVS BEROALDVS, *Italus, Ordinis Prædicatorum*. Continuatio ad Panuinum de Romanis Pontificibus, videlicet à Gregorio XIII. usque ad Paulum V. Venetiis, 1612. in 4. Italicè.

HIERONYNVS BOLZEC, *Parisiensis*, scripsit Gallicè Vitas Zuinglii, Lutheri, Oecolampadii, Calvini, & Bezæ, omnes Lugduni editas, apud Joan. Patissonum, 1577. posteà Parisiis, apud Gerardum Mallot, eodem anno.

HIERONYMVS BONONIVS, scripsit prosâ & versû Vitam B. Hieronymi.

HIERONYMVS BOSSIVS, *Ticinensis*, de Bibliotheca Palatinâ scripsisse non nihil dicitur.

Ejusdem

Ejuſdem quoque liber de Hominibus Illuſtribus à Ghillino memoratur.

HIERONYMVS à BRUNO. Vir Sanctus & incomparabilis, hoc eſt, Joannis Jacobi Grynæi Theologi celeberrimi Vita & mors edita à Joanne Jacobo, & Hieronymo à Bruno, ejus Nepotibus. Baſileæ, apud Joan. Jacobum Geneth. 1618. in 4.

HIERONYMUS BRUSSONI, Edidit Italicè ſub nomine Aggirati Academici incogniti, Ferrantis Palavicini Vitam, operibus ejuſdem præfixam editis anno 1660. in 12. Vide Placcium de Scriptis Anon. pag. 136. Edita eſt quoque Venetiis, 1651. in 12.

HIERONYMUS CARACIOLVS, *Clericus Regularis Theatinus*, De Viris ſui Ordinis Illuſtribus ſcripſiſſe fertur.

HIERONYMVS CARDANVS, *Mediolanenſis*, *Medicus*, De propriâ Vitâ & de Libris à ſe conſcriptis librum reliquit, quem ex Bibliothecâ Gabrielis Naudæi eductum excudit Jacobus Villery, Bibliopola Pariſienſis, in 8. anno 1643. unà cum ejuſdem Naudæi de Cardano judicio, & Conſilio de excudendis operibus Cardani in 8. Tomos diſtributis. Ephemeris ſive libellus de libris propriis ſub finem librorum de Sapientiâ & de Conſolatione, & ſeorſim Typis Rovellianis & Baſilienſibus jam olim prodierat. Sunt & qui addunt eundem Commentarium de Scriptis propriis, eodem adhuc vivente Cardano excuſum fuiſſe Norimbergæ per Joannem Petreium, anno 1544. Ipſúmque Vitam ſuam copiosè deſcripſiſſe in libris geniturarum. Cæterùm de Bibliothecis, Libris, variiſque vetuſtæ magnificentiæ exemplis diſſeruit idem Cardanus cap. 98. lib. 17. de rerum varietate.

Operum M. S. S. H. Cardani quæ L. B. P. B. ex Italiâ anno 1654. attulit Catalogus in 4. Omnia verò ejuſdem opera, tum hactenus edita, tum inedita prodierunt Lugduni, anno 1663. in folio, in decem Tomos digeſta, apud Joann. Antonium Huguetan, & Marcum Antonium Ravaud. In quorum Tomo decimo extat liber de Clarorum Virorum Vitâ, Libríſque. Et Vita Ludovici Ferrarii Bononienſis, necnon Andreæ Alciati Mediolanenſis Juriſconſulti.

HIERONYMVS CATENA. *Vita del Papa Pio V. con una raccolta*

de lettere di Pio V. à diversi Principi, e le risposte, &c. in Roma, per Alessandro Gordono, 1588. in 8.

HIERONYMUS COMELINUS, scripsit Vitas Galfridi Monumetensis, Pontiri Virunii, Gildæ Bedonici, Bedæ de Gaeu *seu* Giovicensis. Gulielmi Petitæ, Joannis Froissardi, Scriptorum rerum Britannicarum. Lugduni, apud Renatum Protelerium. 1587. in folio,

HIERONYMUS FLORENTIA, *Complutensis, Iesuita*, scripsit Vitam Gasparis Sanctii Jesuitæ, & Orationem funebrem in exequiis Garziæ Loaisæ Archiepiscopi Toletani.

HIERONYMUS FABALLUS. Oratio in Hieronymi Vidæ Albæ Episcopi laudem, &c. Cremonæ, 1561. in 4.

HIERONYMUS GARIMBERTUS, *Episcopus Gallesensis. Delle Vite d'alcuni Papi, e di tutti i Cardinali passati.* Venetiis, 1567. in 4. apud Gabrielem Giolitum.

HIERONYMUS GEMUSÆUS, *Medicus, Philosophiæ Professor in Academia Basilcensi*, scripsit de Vitâ & doctrinâ Galeni Tractatum, qui habetur in editione Frobenianâ Galeni operum.

HIERONYMUS GESSIUS, *sive* GYPSIUS, *Iesuita, Florentinus*, edidit, suô nomine suppresô, Vitam Francisci Xaverii. Ferrariæ, Typis Baldini, 1620.

HIERONYMUS GIOVANNINI, *Ordinis Prædicatorum, Vita di F. Paolo Costabili General dell' Ordine de' Predicatori, Scritta da Fra Hieronymo Giovannini da Capugnano, con due Orationi, e versi fatti da molti Huomini Illustri nella morte d'esso Padre. In Vinegia*, 1586. in 12. Scripsit quoque Vitam Humberti Burgundi Generalis Ordinis Dominicani, præfixam Sermonibus ejusdem Humberti excusis apud Marc. Antonium Zalterium, anno 1607. Venetiis.

HIERONYMUS GUADALUPA. Vita S. Hieronymi. Toleti, 1597. in 4.

HIERONYMUS GHILINI, *Abbas, Academicus Incognitus. Teatro d'huomini Letterati, aperto d'All' Abbate Ghillini, Academico Incognito.* In Venetia, 1647. in 4. duobus Tomis.

HIERONYMUS à S. JOSEPH, *Hispanus*, Egit de Carmelitis Discalceatis Hispanis, in Annalibus Reformationis Teresianæ Hispanicâ Linguâ editis.

HIERO-

HIERONYMVS MADALIAGA, *Hispanus*, *Cartusianus*, fertur scripsisse Vitam S. Brunonis.

HIERONYMVS MANFREDVS, *I. C. Ferrariensis*. Pii V. Vita. Cæsenæ, 1586.

HIERONYMVS MARIPERTVS. Vita B. Francisci. Venetiis, 1532. apud Joan. de Trid. Scripsit quoque Clementis VII. Vitam.

HIERONYMVS MATRANGA, *Panormitanus*, *Clericus Regularis Theatinus*. De Academiâ Syntagmata septem. Panormi, in domo Sancti Josephi, per Antonium Martarelli, 1637. in 4.

HIERONYMVS MEGISERVS. Icones & Vitæ Paparum usque ad Clementem VIII. Francofurti, 1603. in 12. Germanicè.

HIERONYMVS MERCVRIALIS, *Foroliviensis*, *Medicus Patavinus*. Censura & dispositio operum Hippocratis, Medicorum Principis, denuò editæ locupletior, atque emendatior, Francofurti, apud hæredes Andreæ Wecheli, 1585. in 8. Videndæ ejusdem Prælectiones Patavinæ, in folio, Bononiæ, & Lugduni editæ, aliáque ejus opera.

HIERONYMVS NIGER, *Genuensis*. Elogium in laudem Joan. Baptistæ Alberti C. R. S. adjectum Vitæ S. Majoli ab eodem Alberto scriptæ & editæ, anno 1638.

HIERONYMVS NIGER, *Venetus*, Oratio in funere Lazari Bonamici, Bassiani. Venetiis, 1553. in 4.

Ejusdem, Oratio in funere Viventis M. Mantuæ, dum ipsum ægrotantem graviter, mortuum putâsset, 1557. in 4..

HIERONYMVS OSORIVS, *Lusitanus*, *Canonicus Eborensis*, scripsit Vitam Hieronymi Osorii Episcopi Sylvensis patrui sui, & præfixit primo Tomo operum ejus Romæ editorum.

HIERONYMVS ROCCHVS, *Consentinus*, edidit Italicè Orationem funebrem in laudem Equitis Joannis Baptistæ Marini, Poëtæ celeberrimi.

HIERONYMVS RVBEVS, *Nobilis Ravennas*, *Medicus & Historicus*, Julii Ferreti Ravennatis Vitam scripsit, in folio.

HIERONYMVS RVSCELLI, *Beneventanus. I. V. D. Indice de gl' Huomini Illustri. Opera utilissima à chiunque vorrà haver notitia & valersi di tutti i nomi & conditioni de gli Huomini & Donne, &*

Dei celebrati, così da' Poëti, come da gl' Historici, e da Philosophi. In Venetia, appresso Cumia da Trino, 1572. in 4.

HIERONYMUS SQUARCIAFICUS, *Italus, Alexandrinus*, scripsit Vitam Josephi Historici Judæi, & Francisci Petrarchæ.

S. HIERONYMUS STRIDONENSIS. *Presbyter, Ecclesiæ Doctor celeberrimus*, Ad Dextrum scripsit librum de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, qui à passione Christi usque ad decimum quartum Theodosii Imperatoris annum, ut ipse in proœmio fatetur, de Scripturis Sanctis memoriæ aliquid prodiderunt. *Fecerunt quidem hoc*, (ait Hieronymus,) *apud Græcos Hermippus Peripateticus, Antigonus Carystius, Satyrus doctus Vir, & longè omnium doctissimus Aristoxenus Musicus. Apud Latinos autem Varro, Santra, Nepos, Hyginus, &, ad cujus nos exemplum vis provocare, Tranquillus, &c. Quamquam & Eusebius Pamphili in decem Historiæ Ecclesiasticæ libris maximo nobis adjumento fuerit, &c. Itaque Dominum Iesum precor, ut quod Cicero tuus, qui in arce Romanæ eloquentiæ stetit, non est facere dedignatus, in Bruto, Oratorum Latinæ Linguæ texens Catalogum, id ego in Ecclesiæ ejus Scriptoribus enumerandis dignè, cohortatione tuâ, impleam, &c. Discant igitur Celsus, Porphyrius, Iulianus, rabidi adversùs Christum canes, discant eorum Sectatores, qui Ecclesiam nullos Philosophos, & eloquentes nullos habuisse Doctores volunt, quanti & quales Viri illam fundaverint, extruxerint, ornaverint, &c.*

Sæpiùs excusus fuit liber hic, cum aliis sanctissimi illius Doctoris operibus, ac Sophronii Græcâ Versione; seorsim verò absque illâ, tum operâ, & studiô Suffridi Petri, Coloniæ, in 4. anno 1580. apud Martinum Cholinum, unà cum Gennadii, Isidori, Honorii, Sigiberti, atque Henrici Gandavensis auctariis de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, tum in Bibliothecâ Ecclesiasticâ Auberti Miræi, editâ Antuerpiæ, 1639. in folio. Et cum Notis Rosvveydi, Lugduni, 1617. Adde & Erasmicam editionem, cum Scholiis, in 4. anno 1529. Basileæ, cum Epiphanio de Vitis Prophetarum, &c. variásque omnium operum ejusdem Doctoris editiones Basileenses, Romanam, Parisienses, &c.

HIERONYMUS TONSTATUS *Vlyssipponensis, O. Carmelit.* Scripsit

Scripsit de Illustribus Viris & Fœminis Ordinis Carmelitici.

HIERONYMUS VALLIS, *Patavinus, Medicus, Orator & Poëta*, Versu gesta Patrum condidit.

HIERONYMUS VIETORIUS. Oratio de Vitâ & obitû M. Joannis Angeli. Giessæ, 1609. in 4.

HIERONYMUS VUCLÆUS, scripsit Vitam Ildephonsi, discipuli S. Isidori Hispalensis.

HIERONYMUS WIELMUS, *O. P. Episcopus Æmoniæ.* De Scriptis S. Thomæ Aquinatis. Patavii, 1647. in 4. & Venetiis, apud Juntas, 1575.

HIERONYMUS WOLFIUS, *Oetingensis Philologus.* Vitæ Demosthenis & Æschinis cum eorundem operibus Græcè & Latinè ex recensione Hieronymi Wolfii. Basileæ, 1572. apud Episcop. in folio.

Idem scripsit de Vitâ Isocratis, & in Linguam Latinam transtulit Vitam ejusdem Isocratis à Plutarcho, à Philostrato, & à Dionysio Halicarnassæo adornatam. Extant ad calcem operum Isocratis, Basileæ, Typis Conrardi Waldkirchii, anno 1613. editorum, in 8.

Ejusdem, Epicteti Vita præfixa ejusdem Epicteti Enchiridio, & Tabulæ Cebetis. Coloniæ, ex Officinâ Birckmanniâ, 1595. in 8.

HIERONYMUS ZIEGLERUS, *Rotenburgius.* De Viris Illustribus Germaniæ Historia. Ingolstadii, 1562. in 4. Scripsit verò Commentarios ad Plinio Juniori tributum libellum de Viris illustribus, editos Augustæ Vindelicorum, apud Valentinum Amatum, anno 1542.

Idem scripsit Vitam Joannis Aventini Boii, præfixam Annalibus Bojorum ab eodem Aventino compositis.

HILARION de COSTA, *Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.* Elogia Reginarum, Fœminarúmque Principum ac Nobilium, illustrium virtute atque eruditione. Gallicè. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, in 4. 1630. & ibid. 1647. in 4. duobus Tomis.

Ejusdem, Historia Catholica Virorum Illustrium, qui sæculis æræ Christianæ decimo sexto, & decimo septimo floruerunt. Parisiis, in folio, anno 1625. apud Petrum Chevalier.

Ejusdem

Ejusdem, *De la Vie & de la mort de François le Picart, Docteur de la Faculté de Paris, & Doyen de S. Germain de l'Auxerrois, avec les Annotations, preuves, & les Eloges de quarante Docteurs de la même Faculté. A Paris, chez Pierre Chevalier*, 1658. in 8.

Ejusdem, *La Vie du Pére Marin Mersenne. A Paris, chez Sebastien Cramoisy*, 1649. in 8.

Ejusdem extat *Vita S. Francisci de Paula*, & Catalogus Auctorum qui de rebus gestis S. Francisci de Paula Ordinis Minimorum Fundatoris scripserunt. Vide probationes Vitæ illi subjunctas, Parisiis, 1655. in 4.

HILDEBERTVS CÆNOMANENSIS, litteris mandavit Vitam præceptoris sui Hugonis Abbatis Cluniacensis, quæ anno 1619. Lutetiæ, edita est in Bibliothecâ Cluniacensi Martini Marrier.

S. HILDEFONSVS, *Archiepiscopus Toletanus*, Vide infrà, verbô. *Ildefonsus*.

HILDERICVS, *Monachus Cassinensis & Pauli Diaconi discipulus*, scripsit carmine Vitam Magistri sui Pauli.

HILDVINVS, *Abbas S. Dionysii. Parisiensis*, scripsit solutâ oratione ac metrô Vitam Dionysii Areopagitæ. Vide infrà, verbô. *Matthæus Galenus*.

HINCMARVS, qui aliquibus HAYMARDVS, *è Monacho S. Dionysii propè Parisios, Rhemensis Archiepiscopus*, scripsit Vitam S. Remigii Archiepiscopi Rhemensis.

HIPPOCRATES, *Cous, Medicorum Princeps*. Judicii operum magni Hippocratis liber unus, Auctore Ludovico Lemosio Lusitano Medicæ artis ac Philosophiæ Doctore. Salmanticæ, apud Ildefonsum à Terra nova, 1588. in folio, & Venetiis, 1592. in 8. apud Robertum Mejettum.

HIPPOLYTVS BONAVOGLIA, *Bariensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini*. Vita gloriosi Nicolai Tolintinatis Ordinis Eremitarum S. Augustini, Anagrammatibus contexta. Neapoli, Typis Secund. Roncalioli, 1651. in 8.

HIPPOLYTVS HUBMEJERVS. Oratio Parentalis facta Petro Piscatori Doctori, & Professori in Academiâ Salanâ.

HIPPOLYTVS MARACCIVS, *Lucensis, è Congregatione Clericorum Regularium Matris Dei*. Bibliotheca Mariana Ordine alphabetico

betico digesta, & in duas partes divisa, quibus Autores qui de Mariâ Deiparâ Virgine scripserunt cum recensione operum continentur. Romæ, Typis Francisci Caballi, 1648. in 8. Tomis duobus.

HIPPOLYTVS ORIVS. *Le Scrittioni poste sotto le vere imagini de gli Huomini famosi in lettere di Paolo Giovio, tradotte in volgare da Hippolito Orio. In Venetia*, 1558. in 8.

HONORATVS MASSILIENSIS. Vita S. Hilarii Arelatensis, quam in Chronologiâ Illustrium Monasterii Lerinensis Virorum, in lucem edidit Vincentius Barrali Salernus.

HONORIVS AVGVSTODVNENSIS *Ecclesiæ Presbyter & Scholasticus, qui anno Christi circiter* 1130. *florebat*, Liber de Luminaribus Ecclesiæ, sive de præcipuis Scriptoribus, qui Ecclesiam suis operibus illustrârunt, ex D. Hieronymo, aliisque in compendium contractus, editus est Basileæ, anno 1544. apud hæredes Cratandri: tum Coloniæ, anno 1580. in 8. apud Maternum Cholinum, in collectione Suffridi Petri. Ac denique Antuerpiæ, in folio, in Auberti Miræi Bibliothecâ Ecclesiasticâ, ut nihil dicam de Bibliothecis S. S. Patrum.

HONORIVS DOMINICVS CARAMELLA, *Panormitanus*. Musæum illustrium Poëtarum, qui ad hæc usque tempora Latinô carmine scripserunt, cum Notis Michaëlis Foscareni Nobilis Veneti. Venetiis, 1651. in 12.

HONORIVS TERTIVS PAPA, scripsit Vitam Cælestini Tertii.

HORATIVS QVARANTA, *Salernitanus*, *Iesuita*, Oratio in funere P. D. Caroli Carrafæ Congregationis piorum Operariorum Fundatoris. Neapoli, Typis Joannis Dominici Montanari, 1635.

HORATIVS TVRSELINVS, *Romanus*, *Iesuita*, De Vita Francisci Xaverii lib. 6. Romæ, primùm 1614. rursum 1616. in 4. mox Antuerpiæ, 1616. in 8. demùm cum Auctario, &c. Monachii, apud Cornelium Leysserium, 1627. in 16. Edidit quoque Orationem funebrem Gregorii XIII.

HVBERTVS, *sive* UBERTVS FOLIETA, *Genuensis*, Clarorum Ligurum Elogia. Romæ, in 4. anno 1573. apud hæredes Antonii Bladii.

Ibidem qu oque in 8. anno 1577. cum opusculis de Linguæ Latinæ usu & præstantiâ.

HUBERTVS *seu* OBERTVS GIPHANIUS, *Buranus*, Vita Lucretii & Notæ ac Collectanea ad ejusdem sex libros de rerum naturâ. Lugduni-Batavorum, 1598. in 8.

HUGUO de SANCTO CÆSARIO. De Poëtis Provincialibus scripsisse dicitur. Addunt prætereà Hermanterum Monachum Lerinensem, & Hilarium de Martinis Monachum Cœnobii Sancti Victoris Massiliensis, unà cum Rostagno Brincoliensi, Monachísque duobus Anonymis, alterô Insularum Aurearum, ut vocant, alterô Montis Majoris propè Arelatem.

HUGUO DURANDI, *Cabilonensis*, *Carmelita.* Necrologium Patrum ac Fratrum Carmelitarum Cabilone quiescentium. Continuavit, & auxit Ludovicus Jacob ejusdem Conventûs.

HUGUO MENARDVS, *Parisinus*, *O. B. Congregationis Sancti Mauri in Galliâ*, Martyrologium Sanctorum Ordinis S. Benedicti duobus Observationum libris illustravit, ediditque Parisiis, apud Joannem Germont, & Joannem Billaine, 1629. in 8.

HUGUO SEMPILIVS. Librô de Mathematicis disciplinis editô. Antuerpiæ, 1635. agit de Illustribus Mathematicis.

HUGUO de S. VICTORE, *Saxo, designatus Cardinalis Tusculanus.* De Scripturis & Scriptoribus Sacris Prænotationes.

HUGUOLINUS, *seu* UGOLINUS VERRINUS, *Florentinus*, *Michaëlis pater*, Scripsit carmine libros tres de Illustratione Florentiæ, in quorum secundo exponit Insignes Civitatis Viros & eorum res gestas. Lutetiæ, Typis Roberti Stephani Junioris, 1588.

Scripsit quoque Vitam S. Antonini Archipræsulis Florentini Heroïcô carmine.

HVLDRICVS GROSSIVS. Canon Studiorum perpetuò continuandus, seu, Digestio omnium ab anno 1550. editorum ac in nundinalibus & Bibliopolarum Catalogis denominatorum librorum, ad omnes Facultates, Scientias, ac quamcumque Litteraturam

teraturam accommodata. In folio. Lipsiæ, apud Autorem Bibliothecæ, 1669.

HUMBERTUS VIENNENSIS, *quintus Generalis Ordinis Prædicatorum*, Vitæ S. Dominici à Jordano Generali ejus Ordinis atque à Fratre Constantino exaratæ, multa adjecit. Vide quoque suprà, verbô, *Gerardus Frachetus.*

HYACINTHUS CHOQUETIUS. *Insulensis, Ordinis Prædicatorum*, De Sanctis Belgii Ordinis ejusdem liber singularis. Duaci, 1608. in 8.

HYACINTHUS à SANCTA MARGARITA, *O. A. Excalceatorum*, De Viris Illustribus Augustinianis librum ab eo scriptum memorat Parnassus Euganeus. Verùm altum de eo in Encomiastico Augustiniano, anno 1654. excuso Bruxellis, silentium. Sunt qui mentionem faciant scriptorum ab eo Elogiorum in laudem Patriarcharum Ordinis Eremitici.

I.

JACOBUS ACCARISIUS, *Bononiensis*, *Doctor Theologus*. Oratio in funere Annibalis Marescotti habita Bononiæ. Ibidem, ex Typographiâ Victorii Benatii, 1627. in 4.

Oratio in funere Anniversario Gregorii XV. habita Romæ. Romæ, ex Typographia Cameræ Apostolicæ, 1629. in 4.

JACOBUS ALBERICUS, *Sarnicensis. Bergomas, Ordinis Eremitarum S. Augustini*, *Congregationis Longobardiæ*. Catalogus brevis Scriptorum Venetorum. Bononiæ, 1605. apud hæredes Joannis Rossi in 4. *Catalogo breve de gl' Illustri e famosi Scrittori Venetiani*, &c.

JACOBUS ALITIENSIS, *Apulus*, *Ordinis Cælestinorum*, De Vitâ Cælestini V. Romani Pontificis liber 1.

JACOBUS ANGELUS. Narratio Historica de Vitâ rebúsque gestis Ciceronis. Berlini, in 8.

JACOBUS AUGUSTUS de SALES, scripsit Vitam S. Francisci de Sales Episcopi Genevensis dicti.

JACOBVS AVGVSTVS THVANVS, *Parisinus, & in Senatu Gallico Præses.* Elogia Virorum superiore & nostro sæculo eruditione & doctrinâ illustrium, atque memorabilium, passim Historiæ suæ inseruit, quæ seorsim excusa sunt, in 4. Francofurti, anno 1636. Titulum verò Thuani enucleati, in quinque partes distributi, præferunt duo Volumina, anno 1636. edita, Helmstadii, operâ Girardi Vonsteffen. I. pars Viros dignitate, natalium splendore, aut rebus benè gestis illustres. 2. Viros Scientiis & Artibus claros. 3. Viros laudatos. 4. Descriptiones Regionum, Urbium, Insularum, Gentium, &c. 5. Prælia aliásque res notatû dignas, cum ejusdem Thuani Vitâ, ab anno 1542. ad 1607.

Extant quoque monumenta litteraria, sive obitus & Elogia Doctorum Virorum ex iisdem Historiis collecta, operâ O. B. anno 1640. in 4.

Doctorum Virorum Elogia Thuanea operâ Clementis Berkesdale. Londini, apud Spencer. Hickman, 1671. in 12.

Eadem in Gallicam Linguam conversa sunt ab Antonio Teisserio Nemausensi cum Additionibus, &c. Vide suprà, verbô, *Antonius Teisserius.*

Idem J. Aug. Thuanus scripsit ipsemet Vitam suam comprehensam sex libris, Aureliæ, 1620. in folio editis. Adjecta quoque est libris Historiarum ejusdem Thuani.

JACOBVS BACCIVS. De Vitâ Philippi Nerii Florentini Congregationis Oratorii Romæ Fundatoris. Romæ, 1635. in 4. *Vita del Beato Philippo Neri*, &c.

JACOBVS BARNERVS. Bibliotheca Medica. Lipsiæ, apud Laurentium Sigismundum Corner, 1669.

JACOBVS BAROCCIVS, *Nobilis Venetus. Indice de gli libri Greci scritti à penna nella sua libraria.* Venetiis, 1617.

JACOBVS de BEAUVAIS, scripsit Gallicô Idiomate Vitam Cæsaris de Bus Institutoris Congregationis Clericorum Regularium Doctrinæ Christianæ.

JACOBVS BIDERMANNVS, *Iesuita, Suevus.* Ignatius, sive, de Vitâ, & obitû Ignatii Loyolæ, libri tres. Romæ, formis Francisci Corbelleti, 1634. in 16. & Antuerpiæ, 1635. in 8.

JACOBVS BILLIVS, *Prunæus, Abbas S. Michaëlis in Eremo,* Elogium

gium Gregorii Nazianzeni adjectum ejus operibus à Billio in Linguam Latinam conversis.

JACOBVS BRACELLVS, *Genuensium Secretarius.* De claris Genuensibus Libellus, unà cum libris quinque de Bello Hispaniensi, & aliis ejusdem opusculis, excusus est Parisiis, in 4. in ædibus Jodoci Badii Ascensii, 1520. in 4. & Romæ, apud hæredes Antonii Bladii, 1583. in 4. Insertus est quoque Italiæ Illustratæ, seu, de rerum Urbiúmque Italicarum Scriptoribus variis. Francofurti, in Bibliopolio Camberiano, 1650. in folio.

JACOBVS du BRVEIL. *La Vie du Cardinal Charles de Bourbon,* &c. A Paris, chez *Pierre Chevalier*, 1612. in 4.

JACOBVS BVRCHARDVS, *I. C.* Oratio funebris in obitum Felicis Plateri Medici Basileensis.

JACOBVS CAHAGNESIVS. Elogiorum civium Cadomensium Centuria prima. Cadomi, in 4. anno 1609.

Ejusdem, extat de Academiarum Institutione & liberalium Artium utilitate. Oratio, Cadomi, 1583. in 4.

JACOBVS CASSAGNES, *Nemausensis, unus è quadraginta Academiæ Parisiensis, Vir admirabili eruditione & ingenio præditus, magnum nomen in Republicâ litterariâ variis ingenii sui monumentis prosâ & carmine scriptis adeptus est, & præsertim eloquentissimâ Oratione habitâ in Academiâ Parisiensi in obitum Harduini Perefixi, Archi-Episcopi Parisiensis. Oraison funèbre de Messire Hardouin de Perefixe de Beaumont, Archevèque de Paris, & l'un des quarante de l'Académie Françoise, prononcée à ses obséques faites au nom de cette Compagnie en l'Eglise des Billetes, par M. l'Abbé Cassagnes.* Parisiis, apud Petrum le Petit, 1671. in 4.

JACOBVS CAVACIVS, *Patavinus, Monachus Congregationis Casinensis.* Illustrium Anachoretarum Elogia, sive Viri Religiosi Musæum. Venetiis, in Typographiâ Pinelliana, 1625. in 4. cum æneis figuris. In iis quidam reperiuntur Scriptores Ecclesiastici, ut Antonius, Macarius, Hieronymus, &c. Quemadmodum & in Sylvâ Anachoreticâ Ægypti, & Palestinæ, figuris æneis & brevibus Vitarum Elogiis expressâ, Abrahamo Blommart inventore, Boëtio à Bolsvvert Sculptore. Antuerpiæ, apud Henricum Aertisium. 1619. in 4.

JACOBVS CORBINVS, *Bituricensis, in Curiâ Parisiensi Advoca-*

tus, Catalogus Bibliothecæ Corbinianæ cum indice Titulorum, prodiit Parisiis, in 4. ex Typographiâ Dionysii Pellé. 1654.

JACOBUS CUJACIUS, *Tolosas, Iuris utriusque Professor in Universitate Bituricensi celeberrimus.* Epistola de Interpretibus, & libris Juris Studioso necessariis, cum ejusdem Oratione de ratione docendi Juris. Francofurti, 1603. in 8. & in nuperâ omnium operum ejus in decem Tomos collectione studiô & operâ Caroli Annibalis Fabroti J. C.

JACOBUS DAVY PERRONIUS, *Normannus, Cardinalis. Oraison funébre sur la mort de Pierre Ronsard.* Parisiis, 1586. in 8. & cum Perronii operibus. Parisiis, apud Petrum Chaudiére. 1633. in folio.

JACOBVS DINETVS, *Molinensis, Iesuita*, scripsit Vitas illustrium Hominum comparatas.

JACOBVS EBERTUS. *H. L. in Marchiâ Brandeburgensi.* Chronologia præcipuorum Sacræ Linguæ Doctorum.

JACOBUS ESLINGERUS. Vita & mors Josuæ Wegelini brevi Oratione recitata à Jacobo Eslingero, 1641. in 4.

JACOBUS FONTANUS, *Brugensis, I. C. & Iudex appellationum populi Rhodiensis*, Vita Joannis XXII. P. M. Lutetiæ edita.

JACOBUS FULIGATUS, *Romanus, Iesuita*, Vita Roberti Cardinalis Bellarmini. Romæ, apud hæredes Bartholomæi Zanneti, 1624. in 4. & Mediolani, in 8. Italicè scripta.

Vita di Pietro Canisio composta del P. Giacomo Fuligato. In Roma, 1649. in 8.

Scripsit præterea eodem Idiomate Compendium Vitæ S. Francisci Xaverii. Romæ, apud Bernardinum Tani, 1637. in 8.

JACOBUS FURNIUS, *sive* FORNERIVS. Vita S. Jo. Gualberti Fundatoris Religiosorum Vallis-Umbrosæ in agro Florentino.

JACOBUS GADDIUS, *Florentinus, Academicus Svegliatus*, De Scriptoribus non Ecclesiasticis Græcis, Latinis, Italicis primorum graduum in quinque Theatris, scilicet Philosophico, Poëtico, Historico, Oratorio, Critico, bipartitum opus Critico-Historicum. Tomus primus Florentiæ, Typis Amatoris Massæ, anno 1648. in folio.

Tomus secundus à Littera L. ad litteram S. duntaxat. Lugduni, anno 1649. eadem formâ editus est, sed nitidioribus Typis ac

meliori

meliori chartâ, cui hoc lemma præfixum; In quo haud pauca continentur ad Politicam & Naturalem Philosophiam, ad Theologiam, tum Christianam, tum Ethnicam, ad Historiam multiplicem, cujus casus memorabiles referuntur, citatis M.SS. quorum nonnulla multis ignota delitescunt, ad Criticam & Poëticam Artem spectantia, ita ut opus curiosum & utile sit non modò Philologis, sed etiam Philosophis, Theologis, & Concionatoribus.

Ejusdem, ad locutiones, & Elogia exemplaria, Cabalistica; Oratoria, mixta, sepulchralia. Florentiæ, apud Petrum Nesteum, 1636. in 4.

Ejusdem, Elogia Historica, tùm solutâ tùm vinctâ numeris Oratione perscripta, & Notis illustrata. Ibidem apud Amatorem Massam, 1637. in 4.

Ejusdem, Elogiographus, scilicet Elogia omnigena. Ibidem apud eundem, 1636. in 4.

JACOBUS GAFFARELLUS, *ex Provinciâ Provinciæ oriundus, Theologiæ & Iuris Canonici Doctor*, Index Codicum Cabalisticorum Manuscriptorum, quibus est usus Joannes Picus Mirandulanus. Parisiis, in 8. anno 1651. ex Typographiâ Viduæ Hieronymi Blageart.

Idem pollicitus erat Bibliographiam Iatro-Hebraïcam, Et *Iugement de tout ce que les Iuifs & Arabes ont écrit de curieux depuis mille ans en ça.* Item, *Iugement de tous les Livres plus estimez en matiére de Politique.*

IACOBUS GAUTERIUS, *Iesuita, Annonaensis.* Tabulæ Chronologicæ à Christo ad nostra tempora deductæ, in quibus suo quique ordine collocati visuntur Sacri, profaníque Scriptores, Ecclesiæ defensores & hæretici, Gallicè primùm, anno 1609. tum etiam Latinè sæpiùs, Lugduni editæ sunt, in folio, ab anno 1614. ad nostra tempora.

IACOBUS GOLIUS, *ex Hagâ Comitis, Mathematicus.* Catalogus variorum Librorum quos ex Oriente advexit, & in publicâ Leidensi Bibliothecâ deposuit Iacobus Golius. Parisiis, apud Antonium Vitray, in 4. anno 1630. In iis verò reperias Bibliothecam Arabicam Nurciri, Variam Arabum continentem doctrinam & Historiam; Abben Assebby, de Vitâ Virorum

doctorum.

doctorum qui ſtante Arabum Imperio excelluerunt, Claſſes Medicorum, qui in Oriente floruerunt; Aben Alhaſti, De Vitis Philoſophorum; unà cum parte ſeptimâ Bibliothecæ Arabicæ conſcriptæ ab Aben-Nadir, in quâ continentur Vitæ & Catalogi librorum Philoſophicorum, Mathematicorum, vel aliorum Artificum, qui ad quadringentesimum à Mahomete annum vixerunt.

Item, Catalogus librorum M. SS. Arabicorum quos ex Oriente advexit Iacobus Golius, cum genuinis Arabicis eorum titulis, in 4. Vide ſupplementum ſextum ſpeciminis Antiquarum Lectionum Phil. LAbbæi pag. 260. & quæ infrà habentur, verbô, *Lugdunum Batavorum*.

IACOBUS GOTOFREDUS, *Pariſinus, Iuris Civilis Genevæ Profeſſor*; Hiſtoria, ſeu progreſſus Iuris Civilis Romani: Bibliotheca Juris Romani: Series Digeſtorum & Codicis, libellô comprehenſæ ſunt, in 12. qui Genevæ, ut videtur editus, nec nomen Autoris niſi in Notis compendiariis I. G. expreſſum, nec Urbis, aut Typographi, nec annum æræ Chriſti repræſentat.

Idem in Prolegomenis ad Philoſtorgii Cappadocis Eccleſiaſticam Hiſtoriam, editam Genevæ, 1652. Sumptibus Iacobi Chouët, de Philoſtorgio ſcriptáque ab eo Hiſtoriâ agit.

JACOBUS GRASSERIUS, *Baſileenſis*. Vita Solini præmiſſa ejus Polyhiſtori. Lugduni, 1609. in 8. cum Notis ejuſdem Graſſerii.

IACOBUS GRASSETUS, *Ieſuita, Mutinenſis*, ſcripſit Italicè, Compendium Vitæ Aloyſii Gonzagæ Societatis Ieſu, tacitô ſuô nomine. Mantuæ, apud Oſannas, 1619. in 8. quod tamen alii tribuunt Ioanni Bertolotto Ieſuitæ Bononienſi.

IACOBUS GRETSERUS, *Ieſuita, Marckdorfenſis*. Vita Girhodi Richſpergenſis, cum Syntagmate ejuſdem Girhodi de Henrico IV. & V. Impp. & de Gregorio VII. &c. Ingolſtadii, 1611. in 4.

Ejuſdem, de jure & more prohibendi, expurgandi & abolendi libros hæreticos & noxios, adversùs Franciſcum Iunium & Ioannem Pappum. Ingolſtadii, apud Andream Angermarium, 1603. in 4.

Catalogus librorum quos Iacobus Gretſerus evulgavit uſque ad annum

annum 1612. Ingolstadii, apud eundem, eadémque formâ.

IACOBUS HAMMIUS, *Gandensis*. Epitaphia excusa Gandavi, in 8.

IACOBUS HENRICUS PAVLUS, scripsit de Bibliothecâ Augustâ Wolfenbuttelensi. In folio.

IACOBUS HEERBRANDVS, *Theologus Tubingensis*, Oratio funebris de Vitâ & morte Ioannis Brentii Præpositi Stutgardensis. Tubingæ, 1570. in 4.

Idem scripsit Orationem funebrem in obitum Philippi Melanchtonis præceptoris sui.

Idem Epicedia Virorum Doctorum scripsisse perhibetur.

IACOBUS HERTELIUS, *Curiensis*. Vetustissimorum Comicorum quinquaginta Sententiæ Græcè & Latinè. Accesserunt uniuscujusque Poëtæ Vitæ. Basileæ, in 8.

IACOBUS IANSONIUS, *Amstelodamus*, *Lovanii Theologiæ Professor*, scripsit Orationem duplicem; Alteram, in obitum & laudem Henrici Gravii Doctoris Theologi Lovaniensis; Alteram in funere Matthiæ Hovii Archiepiscopi Machliniensis. Edita hæc est 1640. apud Rivium, Lovanii, in 4. Altera verò evulgata est à Ioanne Masio Canonico Parcensi, 1631. in 8. cum Vitâ Iansonii.

IACOBUS LABITTUS. *I. C.* Ejus Index ad Pandectas utilissimus recusus est cum Gulielmi Schmuccii gemino Indice, &c. Lipsiæ, apud Ioannem Hermanum 1616. in 8. & alibi sæpiùs. Vide, verbô, *Ioannes Baptista Ziletus.*

IACOBUS LAINGÆUS, *Scotus*, *Doctor Sorbonicus*, De Vitâ & moribus Theodori Bezæ, Principis hæreticorum. Parisiis, 1585. in 8.

Idem, De Vitâ, moribus, & rebus gestis hæreticorum nostri temporis. Ibidem, 1582. in 8. apud Michaëlem Roigny.

IACOBUS LECTIUS. I. C. Epistola ad Archiepiscopum Cantuariensem de Vitâ & Scriptis Antonii Sadeëlis. Genevæ, sumptibus Ioan. Lepreux, 1544. in 8. & 1591.

Ejusdem, De Vitâ & Scriptis Æmilii Papiniani. Ibidem, 1594. in 8.

Ejusdem, Academiæ Genevensis Palingenesia. Ibidem, 1603. in 4.

JACOBUS MARCHANTIUS, *Neoporti natus.* Flandria Commentariorum libris quatuor descripta, in quibus de Flandriæ origine, commoditatibus, oppidis, Castellanis, Ordinibus, Magistratibus, Indigenisque, tam doctrinâ quàm nobilitate Claris, &c. breviter dilucidéque tractatur. Antuerpiæ, ex Officinâ Plantinianâ, 1596. in 8.

JACOBUS MANLIUS, scripsit Vitas Imperatorum & Pontificum, ut ait Simlerus, & Ludovicus Jacob in Bibliothecâ Pontificiâ.

JACOBUS MARCELLUS, edidit Vitam Cæsaris de Bus Institutoris Congregationis Clericorum Regularium doctrinæ Christianæ.

JACOBUS MARZARVS. *Historia di Vicenza divisa in due libri, nel primo della vera origine, fundatione e denominatione della Città; nel Secondo de' Cittadini chiari & illustri; con la particolar mentione delle virtù, & operationi loro*, &c. *In Vicenza*, 1604. in 4.

JACOBUS MENCHUSIUS, *Belstanus.* Oratio funebris de Vitâ & obitu Bartholomæi Kleindinst. Dillingæ, 1561.

JACOBUS MENTELIUS. Bartholomæi Perduleis Elogium, in 4.

JACOBVS MERLONVS HORSTIUS, *Gelder, S. Theologiæ Licentiatus*, edidit S. Bernardi opera novis curis ad M. SS. Codices recensita; & in V. Tomos digesta, cum Annotationibus & Chronologiâ Vitæ, ac Scriptorum ejusdem S. Bernardi. Coloniæ, apud Joan. Kinckium, 1642. in folio.

JACOBVS MICYLLVS, *Argentinensis, Græcæ Linguæ in Academiâ Heidelbergensi Professor.* De Euripidis Vitâ. Item de Tragœdiâ & ejus partibus. Basileæ, 1558.

JACOBVS MIDDENDORPIVS, *Oldensaliensis, è Transissalaniâ, Theologus & Iurisperitus.* De Celebrioribus Universi terrarum Orbis Academiis libri Octo, quibus præter earum institutionem, incrementa, interitus, & progressiones, Noachi post diluvium & Sanctissimorum Apostolorum in Europam adventus & Coloniæ describuntur. Coloniæ, in 8. anno 1594. tum 1602. Cholini Typis. Prima editio in eadem urbe prodierat, annis 1560. & 1572. in 8. tum 1585. &c.

De officiis Scholasticis libri duo, in primo de Magistratuum, in

altero

altero de Auditorum officiis agitur : sive quorum prior docentis, posterior auditorum officia complectitur. Coloniæ, in 8. anno 1570. apud Maternum Cholinum.

JACOBVS MILICHIVS, *Friburgensis, Medicus, Math. & Philos. Professor Wittebergæ*, scripsit Orationes de Hippocratis Vita; de Galeni Vitâ, & de Avicennæ Vitâ, quæ extant Tomo 2. Declamationum Philippi Melanchtonis, Argentorati, anno 1558. apud Samuëlem Emmelium editarum, in 8.

JACOBVS MOENETIVS. Vita Andreæ Resendii Eborensis in Lusitaniâ, legitur in ejusdem Mœnetii operibus, Romæ & Coloniæ Agrippinæ editis. Ibidem extat Vita Gondisalvi Pinarii Episcopi Visensis.

JACOBVS PAMELIVS, *Brugensis, designatus Episcopus Audomaropolitanus*. B. Cypriani opera omnia è Codicibus M. SS. accuratissimè recognita, &c. præmissâ Auctoris Vitâ è Scriptis illius potissimùm collecta. Antuerpiæ, 1568. & 1589. Parisiis, 1574. in folio.

Tertulliani quoque opera recensuit, cum Tertulliani Vitâ. Parisiis, 1598. in folio. & 1635.

Catalogus Commentatorum Veterum Selectiorum in Universa Biblia. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1566. in 8.

Catalogus Scriptorum Pamelii editus ibidem dicitur.

JACOBVS PHILIPPVS BERGOMAS, *Ordinis Eremitarum*, librum edidit de Claris Mulieribus Christianis, de quo vide Vossium de Historicis Latinis, pag. 663.

JACOBVS PHILIPPVS CAMOLA. *Breve racconto della Vita del Signor Cavalier Marino*, cum Poëmate Italico Ioannis Baptistæ Marini de innocentium puerorum clade. Romæ, apud Iacobum Mascard. 1633. in 16.

IACOBVS PHILIPPVS OPICELLVS, *S. Theologiæ Doctor, Civis Mediolanensis*. Monumenta Bibliothecæ Ambrosianæ. Mediolani, in 8. anno 1618. apud Ioannem Iacobum Comum.

IACOBVS PHILIPPVS THOMASINVS, *Patavinus, S. Th. D. Episcopus Æmoniensis, in Istria*, Petrarcha redivivus, sive, Francisci Petrarchæ & Lauræ nobilissimæ Fœminæ Vitæ & Historiæ, additâ Vitâ Petrarchæ descriptâ à Leonardo Aretino,

Paulo Vergerio, Anonymo quodam, Iannotio Manetto, & Ludovico Beccatello, nec non figuræ quædam æri incisæ. Editio 2. Patavii, in 4. Typis Pauli Frambotti, 1650.

Parnassus Euganeus, sive de Scriptoribus ac Literatis hujus ævi claris. Accedit Index eorum qui Elogia condidêre ac de Scriptoribus diversis tractârunt ad illustrissimos literarum Patronos, Petrum & Iacobum Puteanos Fratres. Patavii, in 4. Typis Sebastiani Sardi, 1647. Verùm hic liber mendosissimus est ut vix tria aut quatuor nomina sincera, atque integra reperias.

Vita Cassandræ Fidelis Venetæ, præmissa ejus operibus à Tomasino editis. Venetiis, 1636. in 8.

Marci Antonii Peregrini I. C. Vita. Patavii, 1636. in 4.

Vita Lauræ Ceretæ, & Notæ ad Epistolas ejus. Parisiis, 1640.

Bibliothecæ Patavinæ manuscriptæ Publicæ & Privatæ, quibus Scriptores hactenus incogniti recensentur ac illustrantur. Utini, apud Nicolaum Schiarattum, 1639. in 4.

Bibliothecæ Venetæ manuscriptæ Publicæ & Privatæ, quibus diversi Scriptores hactenus incogniti recensentur. Ibidem, apud eundem, 1650. in 4.

Illustrium Virorum Elogia Iconibus exornata. Patavii, apud Donatum Pasquardum, anno 1630. in 4.

Ejusdem, Elogia Virorum litteris & sapientiâ illustrium, ad vivum expressis imaginibus exornata. Patavii, Typis Sebastiani Sardi, 1644. in 4. vide *Colom. Opuscula*, p. 109.

De Bibliothecâ & Musæo Laurentii Pignorii Patavini, Canonici Tarvisini, liber. Venetiis, 1632. in 4. & Amstelodami, apud Andream Frisium, 1668. in 4.

Vita Titi Livii Patavini. Utinæ, 1630. in 4. & Amstelodami, apud Frisium, 1670. in 12.

Prodromus Athenarum Patavinarum ad Cives Patavinos, 1633. in 4.

Oratio de laudibus B. Hieronymi. Patavii, 1630.

De Gymnasio Patavino liber, Vtini, 1654. apud Schirattum in 4.

Sunt & qui addant eum scripsisse de Causidicis Patavinis, de Claris Mulieribus Patavinis, & de Scriptoribus Civitatis Novæ in Istriâ.

IACOBVS

IACOBVS de PLEBE, *Ordinis Servorum*, ſcripſiſſe dicitur de Scriptoribus Ordinis Servorum ab erudito Viro, qui tamen ſuî poſteà non benè memor hæc habet; Iacobus de Plebe Ordinis Servorum ſcripſit Catalogum Illuſtrium Scriptorum Ordinis Carmelitani. Sunt qui addant vocari Indicem Iacobi Servitæ.

IACOBVS POMERVS, *Noribergenſis*. Vitæ periodus M. Danielis Schvventeri, Linguarum Orientalium, & Mathematum in Altorphianâ Academiâ Profeſſoris, deſcripta à Iacobo Pomero.

IACOBVS PRIMEROSIVS, *Medicinæ Doctor*. Academiæ Monſpellienſis Deſcriptio. Oxonii, 1631. in 4. & Londini, 1630. eadem formà.

IACOBVS QVETIF, *Ordinis Prædicatorum*. Vita R. P. F. Hieronymi Savonarolæ Ferrarienſis Ordinis Prædicatorum, Auctore Ioanne Fr. Pico Mirandulæ Concordiæque Principe, notis accuratis, variiſque Principum ac Dynaſtarum Stemmatibus, tabuliſque genealogicis ad hæc uſque tempora deductis, in 12. 3. Volum. Pariſiis, apud Ludovicum Billaine, 1675.

IACOBVS RAVPPIVS. Bibliotheca portatilis, ſive totius Theologiæ Theoreticæ Syſtema integrum. Erfurti, in 4. anno 1653.

IACOBVS REVIVS. Hiſtoria Pontificum Romanorum compendio perducta uſque ad annum 1632. Amſtelodami, apud Ioan. Ianſonium, 1632. in 8.

IACOBVS RVFF *ſive* RVEFF, *Tigurinus*. Catalogus ei tribuitur, quô omnium ferè Medicorum & Aſtrologorum continentur nomina cum figuris, teſte Simlero.

IACOBVS SADOLETVS, *Mutinenſis, Epiſcopus Carpentoractenſis, Cardinalis*. De obitu Friderici Cardinalis Fregoſii Homilia. Lugduni, apud Sebaſtianum Gryphium, 1541. in 4.

IACOBVS SCHOPPERVS. Oratio funebris de Vitâ & obitu Ioannis Hochmanni. Tubingæ, apud Cellium, 1604. in 4.
Ejuſdem, De Encomio Academiarum Oratio, in 8.

IACOBVS SEGVIER, *Theologiæ Doctor & Canonicus Ambianus*. *Oraiſon funébre prononcée aux obſéques d'Antoine Cardinal de Crequi, Evêque d'Amiens, &c. A Paris, chez Thomas Belot*, 1575. in 8.

IACOBVS SIRMONDVS, *Ricomagensis, Arvernus, Iesuita*, Notis illustravit Sidonii Apollinaris opera, ejúsque Vitam scripsit. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1614. in 8. & 1652. in 4.

Idem edidit Vitam Paschasii Radberti, quæ extat in fronte ejus operum. Lutetiæ, 1618. editorum, apud Sebastianum Cramoisy. Vide quoque, verbô, W*ipertus*.

Operum ejusdem Sirmondi Catalogus prodiit post ejus Elogium ante aliquot annos publicatum Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy in 4. Extat quoque ad calcem secundæ editionis operum Sidonii Apollinaris, & in opusculo de Vitâ Sirmondi, à Paulo Colomesio conscriptô, de quo infrà, verbô, *Paulus Colomesius*.

JACOBVS de SOMERE, *Gandavensis*, Vitam suam ab anno ætatis 14. versû heroïcô descripsit.

IACOBVS STRADA. Romanorum Pontificum Epitome, quam in lucem emisit Onuph. Panuinus, anno 1567.

JACOBVS STALTERFHOTVS. Oratio funebris in obitum Joan. Kirchmanni Lubecensis, præceptoris & Soceri sui.

IACOBVS SVLPERIVS *sive* SLVPERIVS, *Herzeliensis, Flander, Poëta & Sacerdos*, Elogia Illustrium Virorum post ejus mortem à Philippo Meyero edita. Atrebati, Typis Riverii, anno 1603. in 4.

Eidem quoque tribuitur Catalogus omnium penè Poëtarum priscorum & recentium.

IACOBVS TIRINVS, *Antuerpianus Iesuita*. Extant in Universam S. Scripturam Commentaria tribus Tomis, quibus Appendices attexuit, atque in iis Indicem omnium Auctorum, quos citavit, adnotatô temporе & locô quô quisque vixit, & Scriptis, & officiis claruit. Antuerpiæ, in folio, apud Martinum Nutium, anno 1632. tum ibidem ac Lugduni duobus voluminibus, & in Bibliis Parisiensibus, quæ Magna vocantur, quinque Tomis: atque in iis, quæ Maxima indigitari placuit, 19. Voluminibus distincta.

IACOBVS THOMASIVS, *Lipsiensis, Eloquentiæ in Academiâ patriâ Professor*. Dissertatio Philosophica de Plagio litterario, cui adjectus est Catalogus Plagiariorum. Leucopetræ, litteris Ioan. Bruhlii, 1679. in 4.

Idem,

Idem, edidit Lipsiæ anno 1683. in 8. Orationum varii Argumenti Volumen, in quô habetur Vita Alexandri Alesii Theologi Scoti.

IACOBVS VENTIMILIVS. Vita Pomponii Macuti Senatoris Divionensis cum Tumulo ejusdem. Parisiis, apud Feder. Morellum, 1580. in 8.

IACOBVS VERHEIDEN, *Graviensis*, Præstantium aliquot Theologorum, qui Romanum Pontificem oppugnaverunt effigies, cum eorum Vitis, & librorum Catalogis. Hagæ-Comitis, anno 1602. in folio, apud Henricum Hondium.

Ejusdem, Guillelmi Verheiden Fratris Vita. Ibidem, in 4. & Lugduni-Batavorum.

IACOBVS de VITRIACO, *Cardinalis*, scripsit de Fœminis Leodiensibus Illustribus.

IACOBVS VOLRADI, *Professor Carthusiæ Erphordianæ*, scripsit Vitam Iacobi de Clusa Carthusiani.

IACOBVS de VOLTERRE, *à Secretis Cardinalis Picolominei, Papiensis*, scripsit Vitam ejusdem Cardinalis & ejus opera publicavit.

IACOBVS WARÆVS, *Hibernus, Eques Auratus*, De Scriptoribus Hiberniæ libri duo: Prior continet Scriptores in Hiberniâ natos: Posterior, Scriptores alios qui in Hiberniâ munera aliqua obierunt. Dublini, anno 1639. in 4. apud Societatem Bibliopolarum.

IACOBVS WIMPHELENGIVS, *Slestatensis*, *Presbyter Ecclesiæ Spirensis*, Prosthesin, sive, Additiones adjecit ad Catalogum Ioannis Tritemii, quô Viros Illustres Germaniæ descripsit. Vide editionem anni 1601. in folio pag. 408.

Idem scripsit Vitam Petri Schot Presbyteri Argentoratensis.

IACOBVS ZABARELLA, *Comes magnæ Crucis, Eques S. Georgii, magnus Prior Hierosolymæ, & Ordinis Consul. Gli Arronzi, overo, de Marmi Antichi e Vita di Lucio Arronzio Stella.* Patavii, 1655. in 4.

IACOBUS ZANNACHIVS, *Lubecensis*; Bibliotheca Theologica, sive Catalogus tam Auctorum, qui in Sacros Biblicos libros Veteris & Novi Testamenti usque ad annum 1591. scripserunt, quàm materiarum, quarum Autores non extant, non solùm

lùm ex Bibliothecâ Gefnerianâ, fed etiam ex Nundinarum Francofurtenfium Catalogis collectus; cui acceffit Appendix, &c. Mulhufii, & Witebergæ, 1591. in 4.

Ejufdem Elenchus Alphabeticus Auctorum, qui in libros Biblicos ufque ad ann.1606. Commentati funt. Servestæ, 1606.in 4.

IACOBUS ZENUS, *Venetus, Epifcopus Patavii*, fcripfit Vitas fummorum Pontificum, & Nicolai Albergati Vitam, per Georgium Carnefelt in lucem editam Coloniæ, 1618. in 4.

IACOBUS ZUINGERUS, *Medicinæ Doctor, & in Academia Bafilienfi Græca Linguæ Profeffor*, fcripfit Vitam Luciani, quæ præfixa legitur ejufdem Luciani operibus, Bafileæ, apud Henric. Petri editis. 4. Vol. in 8.

JAMBLICHVS, *Philofophus Platonicus, Chalcidenfis Syrus*, fcripfit librum de Vitâ Pythagoræ, editum Græcè & Latinè, cum Obfervationibus Sixti Arceni, apud Commelinum, anno 1598. in 4. cum Obferv. Defiderii Heraldi. Parifiis, apud Ierem. Perier. 1599.

IANNVTIVS MANETTVS, *Florentinus*. Vita Petrarchæ edita primùm à Thomafino circa finem Petrarchæ redivivi à p. 195.

Scripfit prætereà libros fex de Illuftribus longævis, de Vitâ Nicolai V. Pontificis libros quatuor, qui Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ, & Pifauri in Sereniffimi Ducis Bibliothecâ affervantur. Item Vitam Socratis, Senecæ, Plutarchi, Dantis, & Bocacii, quarum duæ primæ extant Cæfenæ, in Bibliothecâ Francifcanâ.

IANVS CECILIVS FREY, *Doctor Medicus Facultatis Parifienfis*, In Galliæ admirandis, cap. decimo, nonnulla annotavit de Gallis doctrinâ præftantibus. Parifiis, apud Ioan. Geffelin. 1645. in 8.

JANVS CORNARIVS, *Medicus, Academiæ Ienenfis Profeffor*. Vita Dionis Chryfoftomi. Bafileæ, 1560. & Vita Synefii ex Suidâ, cum præfatione de coætaneis Synefii. Ibidem.

JANUS JACOBUS BOISSARDUS, *Vefuntinus*. Illuftrium Virorum eruditione præftantium effigies, Vitæ, atque Elogia. Francofurti, fumptibus Gulielmi Fitzeri, annis 1628. 1629. & fequentibus, in 4. 9. Tomis.

Icones 50. Virorum Illuftrium ad vivum expreffæ, per Theodorum de Bry, in æs incifæ. Apud eundem, Francofurti, 1597. in 4.

JANVS GRVTERVS, *Antuerpianus*, Facem Artium, feu Thefaurum Criticum compegit, in cujus Tomis VI. Francofurti, ab

ab anno 1602.ad 1606. editis, quamplurima continentur opuscula Critica doctissimorum Virorum qui superiori sæculo collapsam rem litterariam studiô suô ac vigiliis erexerunt.

Ejusdem, Bibliotheca exulum, sive Enchiridion divinæ humanæque prudentiæ, Morales locos communes dixeris meliùs aut Gnomologiam. Francofurti, apud Zetzneros, in 12. anno 1624.

Idem edendum curavit pluribus Voluminibus Chronicon Chronicorum sub nomine Ioannis Gualtheri Belgæ, de quô infrà suô locô.

JANVS NICIVS ERYTHRÆVS, *seu* JOANNES VICTORIVS ROSSVS. Pinacotheca Imaginum Illustrium doctrinæ vel Ingenii laude Virorum, qui auctore superstite diem suum obiêrunt. Coloniæ Agrippinæ, apud Cornelium ab Egmond, anno 1643. in 12. Altera Pinacotheca apud Iacobum Kalconium, ibidem, anno 1645. in 12. Tertia, Ibidem, anno 1648.

JANVS PARRASIVS, *Cosentinus*, scripsit librum de Viris Illustribus, qui MSS. in Bibliotheca S. Ioannis de Carbonarâ Neapoli asservatur, teste Nicolao Toppi in Bibliothecâ Neapolitanâ.

JANVS PYRRHVS, *Pincius*. De Vitis Pontificum libri 12. Mantuæ, 1546.

JANVS RVTGERSIVS. Catalogus Librorum ejus editus est Lugduni-Batavorum, in 4. anno 1633. ex officinâ Elzevirianâ.

JANVS VITALIS, *Panormitanus*, Elogia Iulii Tertii & Cardinalium ab eo creatorum. Romæ, 1553. in 12.

IASON BYSANTINVS, scripsit Græcè Tractatum Historicum de Poëtis Tragicis, ubi agit vel de eorum Vitâ, vel de argumentis quæ Tragici tractant.

JEREMIAS BVCCHIVS. Historia Franciscanorum & Collatio Vitæ S. Francisci cum Vitâ Christi. Bononiæ, 1590.

JEREMIAS SOHNIVS. Narrationem scripsit de Vita Joachimi Camerarii.

JEREMIAS VICTOR. Oratio de Vitâ & obitû M. Joannis Angeli. Giessæ, apud Gemlin. 1609. in 4.

JEREMIAS. Vide *Hieremias*.

JESSE METZLESER, scripsit librum de Illustribus Viris S.Galli.

IGNATIVS CIANTES, *Romanus*, *Ordinis Prædicatorum*, edidit Laudationem S. Thomæ Aquinatis. Romæ, apud Jacobum Mascardum, 1615. in 4.

IGNATIVS de VIVES, *Nobilis Neapolitanus. La Vita del P. Francesco, uno de' Fundatori dell' Ordine de' Cherici Regolari Minori*. Neapoli, apud Hieronymum Fasulum, 1679. in 4.

ILDEPHONSVS *vel* HILDEPHONSVS, *Toletanæ Sedis Episcopus*, *Isidori Hispalensis discipulus*, scripsit de XIV. Viris Illustribus librum unum, qui in Parisinâ Isidori Hispalensis editione extat. Illis autem quos descripserat Ildephonsus, Ildephonsum adjecit Iulianus Pomerius, Iulianum autem Felix, Uterque Archiepiscopus Toletanus.

ILDEPHONSVS à JESV MARIA, *Hispanus*, *Carmelita*. De Viris Illustribus Ordinis Carmelitarum Discalceatorum.

INDICES EXPVRGATORII. Index librorum prohibitorum cum regulis confectis per Patres à Tridentinâ Synodo delectos; auctoritate Pii IV. Pontificis Maximi comprobatus. Romæ, Parisiis, Venetiis, Coloniæ, Vesuntione & alibi sæpissimè, in 4. & in 8. prodiit. Antuerpiæ quoque editus est in officinâ Christophori Plantini, anno 1570. in 8. cum Appendice in Belgio ex mandato Regiæ Catholicæ Majestatis confectâ, &c. Sunt etiam aliæ editiones minoris formæ quas non opus est sigillatim referre.

Index expurgatorius librorum qui hoc sæculo prodierunt, vel doctrinæ non sanæ erroribus inspersis, vel inutilis & offensivæ maledicentiæ fellibus permixtis, juxta Sacri Concilii Tridentini decretum, Philippi II. jussû & auctoritate, atque Albani Ducis consiliô ac ministeriô, in Belgio concinnatus, anno 1571. in 4. editus Antuerpiæ, apud Christ. Plantinum, cum præfatione Benedicti Ariæ Montani. Idem Lugduni editus dicitur, in 16. anno 1586.

Index expurgatorius excusus Argentorati, anno 1609. in 8. impensis Lazari Zetzneri, cum præfatione Francisci Junii Biturigis, & collatione censuræ in Glossas Juris Canonici jussû Pii V. Pontificis Maximi, anno 1572. editæ, iisdémque Glossis mandatô Gregorii XIII. anno 1580. recognitis & approbatis: cui præit præfatio Joannis Pappi Theologi Argentoratensis.

Sub Romano Pontifice Clemente VIII. prodiit Index expurgatorius auctior præcedentibus, anno 1596. in 12. Romæ, apud Impressores Camerales. Idem recusus in 8. anno 1640. post Elenchum à Fr. Francisco Magdaleno Capiferreo O. P. (de quo suprà suô locô diximus) iteratâ Editione impressus, unà cum decretis librorum prohibitorum, post Indicem Clementis VIII. factis, usque ad annum 1624. quô eadem simul collecta prodierunt, primùm Romæ sub Urbano VIII. ex Typographiâ Cameræ Apostolicæ.

Index & Catalogus librorum prohibitorum mandatô Gaspari à Quiroga Cardinalis Archiepiscopi Toletani, ac in Regnis Hispaniarum Generalis Inquisitoris, denuò editus cum consilio supremi Senatûs Inquisitionis. Madriti, apud Alfonsum Gomesium, 1585. in 4. Excerpta ex hoc Indice post prædictum Belgicum edita sunt Argentorati, anno 1609. in 8. tùm Salmurii, in 4. apud Joannem Portau. Oppenburgi, apud Woegelinum, &c.

Index Librorum prohibitorum & expurgatorum, Bernardi de Sandoval, Presbyteri Cardinalis titulô Sanctæ Anastasiæ, Archiepiscopi Toletani, &c. Generalis Inquisitoris, &c. autoritate & jussû editus de Consilio supremi Senatûs Generalis Inquisitionis Hispaniarum. Madriti, in folio, apud Ludovicum Sanchez, annò 1612. cum Appendice primâ ejusdem Cardinalis jussû editâ, ibidem, anno 1614. eadémque formâ. Idem Catalogus Genevæ editus est, in 4. anno 1629. Sumptibus Jacobi Crispini, curâ Turrettini Theologiæ Professoris ibidem.

De Balthasaris Alvaris & Antonii Zapatæ Indicibus dictum est suprà.

Index Librorum prohibitorum Alexandri Septimi jussû editus. Romæ, ex Typographiâ Cam. Apost. 1667. in folio.

Index Librorum prohibitorum & expurgandorum novissimus pro Catholicis Hispaniarum Regnis Philippi IV. &c. Madriti, ex Typographia Didaci Diaz. 1667. in folio.

INNOCENTIUS RAMPINUS, vertit Italicè Origines Ordinis Eremitarum S. Augustini Hispanicè scriptas à Joanne Marquez. Taurini, 1620. in folio.

JOACHIMUS à BEUST, *In Planitz I. C.* Oratio de Vitâ Modestini Pistoris & Joannis Schneidevvini. Wittebergæ, 1585. in 8.

JOACHIMUS CAMERARIUS, *Papebergensis.* Narratio de Elio Eobano Hesso, ubi de plurimis illius ætatis doctis Viris. Noribergæ, 1553. in 8. apud Montanum & Neuberum.

Vita Jesu Christi & Apostolorum. Lipsiæ, anno 1581. in 8.

Vita Philippi Melanchtonis, in quâ conspicere licet Historiam primæ Reformationis Ecclesiæ, multásque alias res memorabiles scitûque dignissimas. Hagæ Comitum, ex Typographiâ Adriani Ulacq. 1655. in 12.

Idem scripsit Orationem funebrem in obitum Bernardi Zigleri Laterensis.

JOACHIMVS CAMERARIVS, *Ioachimi filius, Medicus Norribergensis*, Edidit opuscula nonnulla de Re Rusticâ. Noribergæ, anno 1570. in 4. iisque subjunxit Catalogum Auctorum Rei Rusticæ, quorum Scripta tam extant, quàm desiderantur, Græcorum, Latinorum, Arabum, Germanicorum, Italicorum, Gallicorum, &c.

JOACHIMVS CVSTERVS, *Ecclesiastes in oppido Marlov.* Oratio Parentalis in funere Lucæ Bacmeisteri Theologiæ Professoris in Academiâ Rostochiensi.

JOACHIMVS FORTIVS RINGELBERGIVS, *Andoverpianus*, Vitam suam magnâ ex parte descripsit in libello de nomine, & de ratione studii, de quô vide infrà in Autoribus de ratione studii.

JOACHIMVS IOANNES MADERVS. Scriptorum Insignium qui in celeberrimis, præsertim Lipsiensi, Wittembergensi, Francofordianâ ad Oderam, Academiis, à fundatione ipsarum, ad 1515. floruerunt, Centuria ab Autore Anonymo, in lucem edita à Joachimo Joan. Madero, in 4. Vide Voegler. Introd. ad notit. Script. &c. Capite 25.

Narratio de Vitâ & obitu Ioannis Wolphii Sacrarum litterarum in Scholâ Tigurinâ Professoris, cum ejusdem Wolphii Commentariis in Esdram. Ibidem, apud eundem, in folio.

IOANNES HAGIUS, *Witebergensis*, scripsit Vitam Petri Lotichii Secundi, quæ extat cum ejusdem Lotichii operibus editis Typis Gottardi Voegelini, 1609. in 8.

IOANNES HALES *seu* HALESIUS. Oratio funebris in obitum Thomæ Bodleii publicæ Bibliothecæ Oxonii Fundatoris. Oxoniæ, 1613. in 4.

IOANNES HALLERVODIUS, *Regiomontanus, Prussus.* Bibliotheca curiosa, in quâ plurimi rarissimi, atque paucis cogniti Scriptores, intérque eos Antiquorum Ecclesiæ Doctorum præcipuorum, & Classicorum Auctorum ferè omnium ætas, officium, professio, obitus, Scripta, horúmque optimæ ac novissimæ editiones, indicantur. Regiomonti, & Francofurti, sumptibus Martini Hallervodii, Typis Ioannis Nisii, 1676. in 4.

Ejusdem, De Historicis Latinis Spicilegium operi majori præmissum. Regiomonti, apud Martinum Hallervodium, 1672. in 8.

Idem pollicetur Monumenta sepulchralia,& de claris Bibliothecariis librum.

IOANNES HARMARVS. Vita Ciceronis. Oxoniæ, 1602. in 8.

IOANNES HARPECHTVS. Oratio funebris in obitum Nicolai Varenbuleri. Tubingæ, apud Cellium,1605. in 4.

IOANNES HARTVNGVS, *Milterbengi ad Mœnum natus, primùm Heidelbergæ, deinde Friburgi Græcarum litterarum Professor.* Vita Apollonii Rhodii, præfixa ejusdem libro Argonauticôn,ab eodem Hartungo è Græco in Latinum converso. Basileæ, ex officinâ Ioannis Oporini,1550. in 8.

IOANNES HAYVS, *Scotus.* Vita & opera S. Francisci Assisatis, per Ioannem de la Haye. Parisiis, 1641.

Idem scripsit Vitam Antonii Paduani præfixam ejus opusculis Parisiis, 1641. editis.

Vide quoque infrà,verbô, *Sixtus Senensis.*

IOANNES HEMELARIVS, *Hagiensis, Batavus, Canonicus in D. Virginis Antuerpiæ.* Oratio in funere Ioannis Malderi Antuerpiensis Episcopi.

IOANNES HENRICVS ALSTEDIVS. Thesaurus Chronologiæ,In quô agit de Viris doctrinâ Illustribus. Herbornæ Nassoviorum, 1628.in 8. Editio Secunda.

IOANNES HENRICVS BOECLERVS, *Eloquentiæ Professor Argentorati.* Elogium Christophori Forstneri. Argentorati, apud Ioannem Stædel, in 4. & apud G. A. Dolhopff. in folio, 1669.

De Scriptoribus Græcis, & Latinis.Argentorati, in 8.

Oratio funebris in obitum Berneggeri. Argentorati,1640.in 4.

IOANNES HENRICVS DAVBERVS. Vita Hermanni Vulteii J. C. Academiæ Marpurgensis Professoris primarii.

IOANNES HENRICVS HAGELGANS. Oratio parentalis de Vitâ & obitu Andreæ Kesleri Theologi, Ecclesiæ Coburgiacæ Pastoris.

IOANNES HENRICVS HEINZELIVS. De ortu, Vitâ & obi-

tu Ioannis Oporini. Argentorati,apud Richel.1569.

IOANNES HENRICVS HEIDEGGERVS, *Theologus Tigurinus.* Historia Vitæ & obitûs Ioannis Henrici Hottingeri. Tiguri, Typis Schaufelbeigerianis, 1667. in 8.

IOANNES HENRICVS HOTTINGERVS, *Tigurinus, Philologus & Theologus inter primos nostri Sæculi*, Dissertationum Miscellanearum πεντὰς, 1. De abusu Patrum, 2. Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum Supposititiorum. 3. Specimen Philosophiæ Historicæ, &c. Tiguri, Typis Ioannis Iacobi Bodmeri, 1634. in 8.

Promptuarium, sive Bibliotheca Orientalis, exhibens Catalogum, sive Centurias aliquot tam Auctorum, quàm librorum Hebraïcorum, Syriacorum, Arabicorum, Ægyptiacorum, Æthiopicorum, &c. Additâ mantissâ Bibliothecarum aliquot Europæarum tam publicarum quàm privatarum. Heidelbergæ, apud Andream Winguerden, 1658. in 4.

Analecta Historico-Theologica, quibus adjecta est Appendix de Cyrilli Patriarchæ Constantinopolitani Vitâ, Scriptis & Martyrio.Heidelbergæ,Typis Ioannis Iacobi Bodmeri,1652.in 8.

Bibliothecarius quadripartitus, Prima pars agit de officio Bibliothecarii, & de Bibliothecis, &c. Secunda, de Theologiâ Biblicâ. Tertia, de Theologiâ Patristicâ, cum Appendice Leonis Africani hactenus ἀνεκδότῳ. De Scriptoribus Arabicis. Quarta, De Theologiâ Topicâ, symbolicâ, & systematicâ, tam particulari, quàm universali. Tiguri, sumptibus Melchioris Stauffacheri, 1664. in 4. In primâ autem parte extat Bibliotheca Anglorum Theologica, scilicet, Catalogus tam personalis, quàm realis, & hic tam universalis quàm particularis.

Schola Tigurinorum Carolina. Tiguri, anno 1664.

Idem præcipuos Theologos Heidelbergensis Academiæ qui antè reformationem vixerunt breviter enumerat, Notis in Orationem sæcularem de Collegio Sapientiæ, pag.71.& 72.

Elenchus Tractatuum ab Hottingero editorum cum Cippis sepulchralibus Hebraicis. Heidelbergæ, 1662. in 8.

IOANNES HENRICVS MEIBOMIVS, *Helmstadiensis, Medicus.* Mæcenas, sive de C. Cilnii Mæcenatis Vitâ, moribus, & rebus gestis,liber singularis, Lugduni-Batavorum, apud Ioannem

nem & Danielem Elsevier, 1653. in 4.

Idem conscripsit magnum Opus de Vitis Medicorum, quod Orbis eruditus avidè expectat.

IOANNES HENRICVS OTTO. Historia Doctorum Misnicorum. Oxonii.

IOANNES HENTENIVS. Vide suprà, *Alfonsius Matritensis.*

IOANNES HERBST, qui se Oporinum Græca interpretatione nuncupabat, Vide verbô, *Ioannes Oporinus.*

JOANNES HEROLDVS, *Acreopolita*, scripsit Vitam Eugyppii Abbatis Africani. Habetur in secunda præfatione appositâ ab eodem Heroldo Thesauro ab Eugyppio ex operibus S. Augustini collecto. Basileæ, apud Robertum Winter. in folio, 2. Volum. 1542.

IOANNES HEZIVS, scripsit Teutonicè Vitam Martini Duncani Kempensis, Delphensis Decani. Antuerpiæ, 1594. apud Hieronymum Verdussium, in 8.

IOANNES HIERONYMVS MOLIGNANVS, *natus Acquavivæ in Regno Neapolitano. L'Historia della Città d'Acquaviva, sua origine ed antichità, & de gli Huomini Illustri in arme e lettere*, sed morte præventus eam edere non potuit.

JOANNES HIERONYMVS ROSSI, *Episcopus Ticinensis.* Vitæ Hominum Illustrium, quæ ab antiquis & modernis Autoribus omissæ fuerunt.

IOANNES HIERONYMVS SOPRANVS, *Genuensis*, *Iesuita*, edidit, suppressô nomine, *Compendio della Vita di S. Francesco Xaverio.* Romæ, apud Bartholomæum Zannetum, in 8.

IOANNES *Hierosolymitanus Patriarcha*, Vita Joannis Damasceni Græcè. Romæ, 1553. in 8. & cum ejus operibus, Basileæ, in folio editis.

IOANNES HOLONIVS, *Belga, Iesuita.* Oratio funebris in exequiis Martini Eisengrenii Germani, Præpositi Veteris, Oetingæ in Bavariâ. Typis Davidis Sartorii. Ingolstadii, 1578.

IOANNES HOORNEBECK. In summa Controversiarum, nonnullorum Theologorum Vitam breviter conscripsit. Trajecti ad Rhenum, ex officinâ Ioannis à Vaesberge, 1658. in 8.

IOANNES HORRION, *Leodiensis, Iesuita*, ex Italicô Virgilii

Ceparii

Ceparii Latinè conscripsit, tacitò suò nomine, Vitam Aloysii Gonzagæ Societatis Jesu. Coloniæ, apud Bernard. Gualter. 1618.

IOANNES IACOBUS BOISSARDUS. Vide suprà, verbô, *Ianus Iacobus Boissardus.*

IOANNES IACOBUS à BRUNO. Vide *Hieronymus à Bruno.*

IOANNES IACOBUS BUCCARDUS. Laudatio Nicolai Claudii Fabricii Peireskii, Senatoris Aquensis, in funebri concione Academicorum Romanorum. Aquis Sextiis, 1639. Romæ, 1638. in 4. Parisiis, 1641. eadem formâ. Adjecta quoque est Vitæ ejusdem Peireskii à Petro Gassendo concinnatæ, & editæ Hagæ Comitis, 1655. in 4. & Parisiis, 1641.

IOANNES IACOBUS BEURERUS. Aristotelis Vita ex præcipuis Autoribus ἀξιοπίστως deducta, cum ejusdem libro de Mundo. Basileæ, apud Henric-Petri.

IOANNES IACOBUS FRISIUS, *Tigurinus.* Bibliotheca Auctorum Chronologica, in quâ Veterum Philosophorum origo, successio, ætas, & doctrina compendiosa, ab origine mundi usque ad nostram ætatem proponitur. Quibus accessit Patrum, Ecclesiæ Christi Doctorum, à temporibus Apostolorum usque ad tempora Scholasticorum ad annum usque Domini 1140. secundùm eandem temporis seriem, enumeratio. Tiguri, anno 1592. in 4. apud Joannem Wolphium.

Idem ad tertiam Editionem Epitomes Bibliothecæ Conradi Gesneri à Josia Simlero elaboratæ, & impressæ Tiguri, anno 1583. in folio, apud Christophorum Froschoverum, addidit aliquot mille cùm priorum, tum novorum Auctorum opuscula, partim ex instructissimâ Viennensi Austriæ Imperatoris Bibliothecâ, partim ex indicibus Francofurtensium Nundinarum.

Idem ex Epitome Simlerianâ nomenclatorem Scriptorum omnis generis confecit, secundum Artium genera in certos Titulos digestum. Est autem hic nomenclator, ut ipsemet prædicat, Bibliothecæ pars altera Methodica, complectens omnis generis Scriptorum libros 21. in quibus Auctorum opera secundùm Artes & disciplinas earumque titulos & locos communes disponuntur, nomina verò operibus præfixa recensentur. At nomenclator ille nondum in lucem prodiit.

IOANNES

IOANNES IACOBVS GRYNÆVS, *Thomæ filius, Ecclesiæ Basileensis Antistes*, scripsit Vitam Amandi Polani, Theologi Basileensis.

Idem Orthodoxographis secundę Editionis Basileensis, anni 1569. duobus Tomis in folio, præfationem præmisit, in quâ de Autoribus qui Theologicam illam Bibliothecam replent numerô 85. breviter disseruit.

IOANNES IACOBVS HOFMANNVS, *Græcæ Linguæ in Academiâ Basileensi Professor publicus*. Lexicon Universale, Historico-Geographico-Chronologico-Poëtico-Philologicum, &c. in quo, succinctô genere scribendi, comprehenditur Historia Personarum à condito mundo usque ad nostra tempora in quacunque Gente, Dignitate, Professione, Religione, Sectâ. Virtute, Eruditione, &c. Illustrium, &c. Basileæ, Impensis Ioannis Hermanni Widerhold, Bibliopolæ Genevensis, anno 1677. in folio, duobus Voluminibus.

Idem verò Lexicon continuavit, & tertio quartóque voluminibus auxit. Basileæ, impensis ejusdem, eademque formâ, anno 1683.

IOANNES IACOBVS IORDANVS, *natus Cavæ in Regno Neapolitano, Abbas Generalis Congregationis Montis Virginis S. Benedicti*. Vita Guillelmi Vercellensis Abbatis, Fundatoris Congregationis Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti, unà cum Vitâ S. Ioannis à Mathera Appuli, Abbatis Pulsanensis, necnon S. Amati Episcopi Nuscani, & S. Donati de Ripa Candida, ejusdem Congregationis Monachi. Neapoli, apud Camillum Cavallum, 1643. in 4.

IOANNES IACOBVS LAVAGNA, scripsit Vitam Thomæ Campanellæ, Ordinis Prædicatorum, teste Nicolao Toppi in Bibliotheca Neapolitana. Sed hæc Vita nondum in lucem prodiit.

IOANNES IACOBVS LECBNITZ. Bibliothecæ Norimbergensis memorabilia, Norimbergæ, in 8.

IOANNES IACOBVS MVLLERN, *Vlmensis*, egit de Eusebio, Pamphilo, & Paulo Sarpio Historicis, in libro, cui titulus, Comparatio Concilii Niceni primi, & Tridentini. Argent. 1606. apud Simonem Pauli, in 4.

IOANNES IACOBUS POMERUS, Vide suprà, verbô, *Iacobus Pomerus.*

IOANNES JESSENIUS, *à Iessen, Archiater Cæsareus.* De Vita & morte Tychonis Brahei Oratio funebris. Pragæ, Typis Georgii Nigrini, 1601. Adjecta est quoque Vitæ Tychonis Brahei à P. Gassendo conscriptæ & editæ Parisiis, 1654. in 4.

JOANNES à JESU-MARIA, *Carmelita.* Compendium Vitæ B. V. Teresæ à Jesu, Fundatricis Fratrum Discalceatorum, & Monialium beatissimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Coloniæ, apud Conrardum Burgenium, 1614. in 8.

JOANNES le JEUNE, *Atrebas, Cardinalis,* scripsit Vitam Eugenii IV. Pontificis Maximi.

JOANNES IMPERIALIS, *Philosophus & Medicus Vicentinus.* Musæum Historicum & Physicum. In primô, Illustrium litteris Virorum imagines ad vivum expressæ continentur, Additis Elogiis eorundem Vitas & mores notantibus. In secundô, animorum imagines, sive ingeniorum naturæ, differentiæ, causæ, & signa, physicè perpenduntur. Venetiis, apud Juntas, 1640. in 4.

JOANNES JONSIUS, *Rensburgensis, Holsatus, Gymnasii Francofurtensis Protector.* De Scriptoribus Historiæ Philosophicæ libri 4. Francofurti, apud Thomam Matthæum Gotzium, 1659. in 4.

JOANNES JONSTONUS, Præstantes Viros Scotiæ versibus descripsit.

JOANNES JUDEX. *Vite de' Poëti Provenzali. In Lione,* 1575. in 8. ex Gallico opere Joannis Nostradami.

JOANNES JUSTUS PISTORIUS. Propylæum Athenæi Hassiaci, scilicet, Elenchus Professorum Marpurgensium & Giessensium, in 4.

JOANNES KIRKMANNUS, *Rector Scholæ Lubecensis.* Oratio de Vitâ & obitu Pauli Merulæ. Rostochii, apud hæredes Laurentii Alberti, 1607. in 4. & Lugduni-Batavorum, 1672. in 12.

Ejusdem, Oratio de Vitâ & obitu Georgii Stampelii, Ecclesiæ Lubecensis Superintendentis. Lubecæ, 1622. in 4.

JOANNES le LABOUREUR, *Parisinus. Les Tombeaux des Personnes Illustres enterrées dans les Eglises de Paris avec leurs Eloges, généalogies, Armes & devises,* Parisiis, 1646. in folio, apud Viduam Joannis le Bouc.

JOANNES

IOANNES LALLI, edidit Vitam & Poëmata Italica Ioannis Baptistę Lalli patris sui. Romæ, 1638. in 12.

IOANNES à LAPIDE, *Canonicus Norbertinus, Ecclesiæ Grimbertensis, & Collegii Theologici Ordinis Pramonstratensis in Academiâ Lovaniensi Præses ac Theologiæ Professor.* Laudatio funebris Cornelii Jansenii, Iprensium Episcopi. Lovanii, Typis Bernardini Masii, 1641. in 4.

IOANNES LATOMY. *Histoire de l'Ordre de Nôtre Dame de la Mercy.* Parisiis, apud Sebastianum Huré, 1618. in 12.

IOANNES à S. LAURENTIO, *Duacensis, Græcarum litterarum in Academiâ Duacenâ Professor Regius.* Oratio funebris in Obitum Ioannis Miræi, Antuerpiensium Episcopi. Duaci, 1611. in 8.

IOANNES LELANDUS. De Illustribus Britanniæ Scriptoribus, de Academiis Britannicis, de Typographiâ, &c. scripsisse dicitur, ut pluribus de eo narrat Ioannes Balæus, pag. 671.

IOANNES LEO, *Granatensis, Muhamedanus, cùm Leoni X. à piratis captus, donatus esset, Christianus factus, nomen Pontificis assumpsit.* De Vitis celebrium quorundam inter Arabes Medicorum Muhammedanorum, & Christianorum, opus quod Latinè Florentiâ à Cavalcante accepit, & unà cum Bibliothecarii sui libro 2. publicavit Io. Henricus Hottingerus, Apographum ejus etiam Is. Vossius habet. Vide Colomesii opuscula, p. 140.

IOANNES LEONARDUS TUFARELLUS. *Muranensis, in Regno Neapolitano, Doctor Medicus. Vita del Padre Frà Bernardo da Rogliano Fondatore della novella Congregatione di S. Maria di Colorito di Motano, della Provincia di Calabria Citra, dell' Ordine Eremitico di S. Agostino dell' Osservanza per D. Andrea Riccio*, 1650. in 4. *in Cozenza.* In eo opere agit de Calabria & de Calabris Illustribus.

IOANNES LESUEUR, edidit Gallicè Historiam Ecclesiæ & Imperii, in quâ SS. Patrum & Doctorum Ecclesiasticorum Vitam breviter conscriptam invenies. Genevæ, apud Joannem Herman. Widerhold, 1679. 6. Vol. in 4.

IOANNES LEVITA, *Romanus*, scripsit Vitam Gregorii Magni Summi Pontificis.

IOANNES LEUNCLAVIUS, *Amelburnus, Nobilis Angrivarius Westphalus.* Narratio de Vitâ Xenophontis ex diversis Scripto-

ribus collecta & præfixa ejusdem Xenophontis operibus. Francofurti, apud Andreæ Wecheli hæredes, 1596. in folio.

IOANNES LIMMERUS, *Lucensis I. V. D. Professor* Wittebergen*sis*, scripsit Orationem de Vitâ Michaëlis Teuberi Islebiensis Jurisconsulti.

IOANNES LOCCENIUS, *I. V. D. & Professor:* Oratio funebris in obitum Petri Kirstenii in Academiâ Upsaliensi Medicinæ Professoris.

IOANNES LODOICUS, *Tiletanus.* Catalogus librorum qui ex illius Officinâ prodierunt. Parisiis, 1546. in 8.

IOANNES LOMEIER, *Zutphaniensis, Ecclesiæ Deutochomensis in Belgio Pastor.* De Bibliothecis liber singularis. Daventriç, Typis Joannis Columbi, 1669. in 8. & Francofurti, apud Ioan. Frider. Hagen, eod. anno eademque formâ.

IOANNES LONICERUS, *Offeranus, Marpurgi Græcæ Linguæ Professor.* Vita Isocratis, cum ejusdem Orationibus. Marpurgi, 1590.

IOANNES LORICHIUS HADAMARIUS, *Germanus.* Catalogus Iurisconsultorum Veterum, quotquot aut Vitâ aut Scriptis celebres sunt, elegiis eleganter descriptus. Basileæ, apud Ioan. Oporinum, 1545. in 4. additis etiam recentioribus Iurisconsultis per Matthæum Gribaldum.

IOANNES de LOVANIO. *Cartusianus*, De Vitis Summorum Pontificum scripsit, plurima interserens, inquit Theodorus Petrejus, quæ jucunditate materiæ cupidum possunt detinêre Lectorem.

IOANNES LUCENA, *Lusitanus, Iesuita*, scripsit maternâ Linguâ De Vita Fr. Xaverii, &c. libros 10. quos Ludovicus Mansonius Italicè reddidit. Editi sunt, 1600. in folio, & Hispanicè ab Alphonso de Sandouas, 1619. in 4.

IOANNES LUDOVICUS de la CERDA, *Iesuita, Toletanus*, Virgilii Elogia septem capitibus distincta. Habentur in limine Comment. ejusdem. la Cerda in Virgilium. Lugduni, 1619. 3. Vol. in folio.

IOANNES LYDIUS. Vita Nicolai de Clemengis & Notæ in ejus opera. Lugd. Batav. 1613.

IOANNES LYGDATE, *Augustinianus.* De Illustrium Virorum

casibus

casibus libros novem scripsisse dicitur; sed hæc paulò deflectere videntur à nostro instituto.

JOANNES MACOVIUS, *Theologiæ Professor.* Oratio in obitum Nicolai Vedelii in Academia Franekerana Theologiæ Professoris cum opusculis Philosophicis Macovii. Amstelod. 1660. apud Elzevirios.

JOANNES MAJOR, *Atrebas*, *Iesuita.* De Scriptoribus spiritualibus nonnihil vulgâsse perhibetur. Vide speculum exemplorum ejus operâ excusum. Coloniæ, 1603.

JOANNES MANTELIUS, *natus Hasseleti Comitatûs Lossensis Oppido primario*, *Ordinis Eremitarum S. Augustini.* Oratio in funere Henrici Lanciloti ejusdem Ordinis. Typis Henrici Ærtissenii, in 4.

JOANNES MARIA BRASICHELLENSIS, *Ordinis Prædicatorum*, *sacrique Palatii Magister*, *Episcopus Poliani in Regno Neapolitano*, edidit Tom. 1. Indicis librorum expurgandorum, in quo quinquaginta Autorum libri præ cæteris desiderati emendati sunt. Vide de eo Possevinum, Append. in 1. Tomum Apparatûs.

JOANNES MARIA CATANÆUS, C. Plinii Cæcilii Secundi Vita præmissa ejusdem Epistolis, à Catanæo Commentariis illustratis. Excudit Paulus Stephanus, 1601. in 4.

JOANNES MARIA FREYLON, *Iesuita Villanovanus in Pedemontio*, scripsit Hispanicè, tacitô nomine, Elogia Clarorum Virorum de Societate Jesu in Provinciâ Peruanâ.

JOANNES MARIA PENSA, *Ordinis Carmelitarum.* Theatrum Virorum Illustrium Carmelitarum ab eo elucubratum memoratur Tomasino quem in multis falsum esse Ph. Labbæus asserit; Accuratiores verò alios docere, Ioannem Mariam Pensam de illustribus duntaxat Carmelitis Conventûs Mantuani scripsisse Italicè librum qui excusus fuerit Mantuæ, in 4. anno 1628. hoc titulo, *Theatro de gli Huomini più illustri della famiglia Carmelitana di Mantua.*

IOANNES MARIETTA, O. P. Hispanicè edidit Triumphum Virorum Illustrium Ordinis Dominicani.

Ejusdem, *Vida de Luis de Grenada*, in 8. Madrit, 1604.

IOANNES MARQUEZ. Vita Alfonsi de Horosco,

vel Orosco Hispani, Ordinis Sancti Augustini.

JOANNES MARTINUS, *à Secretis Cardinalis Lenoncourt. Oraison sur le trépas du Roy François I. faite par M. Galand son Lecteur és lettres Latines, & traduite de Latin en François par Iean Martin.* Apud Mich. Vascosanum, Lutetiæ, 1541. in 4.

JOANNES MARTINVS BRENDEL. Oratio de Vitâ Christophori Adami Ruperti, Historiarum Professoris in Academiâ Altorphianâ.

JOANNES MARTINUS EUSTACHIUS, Vita Claudii Galeni Italicè, anno 1577. edita apud Horatium Salviatum, in 4. In eâ Lector inveniet, omnium fermè Galeni librorum, (trecenti circiter nunc extant) Compendium, & plusquam quadringentorum aliorum qui deperiêre notitiam, &c.

IOANNES MASCULUS, *Andegavensis*, scripsit Gallicè Vitam Joannis Porthæsii Cænomanensis Ordinis Minorum.

JOANNES MASIUS, *Lovaniensis*, edendam curavit Expositionem in Evangelium S. Ioannis auctore Iacobo Iansonio, præmissâ ejusdem Iansonii Vitâ. Lovanii, 1631. in 8.

JOANNES MATTHÆUS, *Toscanus.* Peplus Italiæ, in quo Illustres Viri, Grammatici, Oratores, Historici, Poëtæ, Mathematici, Philosophi, Medici, Jurisconsulti, quotquot trecentis ab hinc annis in Italiâ floruerunt, eorumque patriæ, professiones, & litterarum monumenta, tum carmine, tum solutâ oratione, recensentur. Lutetiæ, ex officinâ Federici Morelli, 1578. in 8. Eundem librum, teste Ph. Labbæo, manû ipsius auctoris auctum atque emendatum, possidebat Raphaël Trichetus Dufresne, qui Bibliothecam Historicorum Italiæ magnô studiô adornabat.

IOANNES MATTHÆUS CARIOPHYLUS, *Cretensis, Archiepiscopus Iconiensis,* S. Nili Iunioris Vita, Græcè & Latinè. Romæ, apud Barthol. Zannetti, 1624. in 4.

IOANNES MATTHÆUS, *Lunensis.* Libellus de rerum Inventoribus, ex recognitione Augustini Iustiniani Episcopi Nebiensis. Hamb. apud Henr. & Anton. Humm. 1614. in 8.

Ejusdem, opus de Mulieribus claris. Parisiis, anno 1520.

IOANNES MATTHESIUS, *Pastor in Valle Ioachimicâ*, Historia Martini Lutheri, Germanicè. Noribergæ, 1570. in 4.

IOANNES MAUBURNUS, *Canonicus Regularis O. A.* De Scriptoribus Canonicorum Regularium ſcripſiſſe dicitur.

IOANNES de MAUMONT. Vita Renati Cardinalis *de Birague*, Mediolanenſis, Franciæ Nomophylacis.

IOANNES MEIMHARDUS, *Rector Gymnaſii Linzenſis*, edidit Orationem habitam in funere Georgii Calamini.

IOANNES MERCURIUS MORSSHEMIUS. Vita Claudii Ptolomæi.

IOANNES MEURSIUS, *Loſduni natus, ad primum ab Hagâ-Comitis lapidem, Hiſtoriæ Profeſſor Lugduni apud Batavos*, Athenæ Batavæ, ſive de Urbe Leidenſi & Academiâ Viriſque claris qui utramque ingeniô ſuô, atque Scriptis illuſtrârunt, Libri duo. Lugduni-Batavorum, apud Andream Cloucquium, & Elſcvirios, 1625. in 4.

Idem de Philoſtratis diſſertatiunculam edidit, cum Philoſtrati Lemmii Sophiſtæ quibuſdam Epiſtolis. Ibidem, ex Officinâ Ludovici Elſevirii, 1616. in 4. Ibidem quoque, eôdem annô, notis in Ariſtoxenum, Nicomachum & Alypium, Muſices antiquiſſimos Auctores, præmiſit prolegomenon de Scriptoribus Muſicis antiquis; In Notis verò ad Ariſtoxeni librum ſecundum omninò viginti recenſet quibus olim Pythagoræ nomen inditum fuit. Agit quoque de Ariſtoxenis, Nicomachis, Alypiis ſigillatim, aliiſque paſſim quos in eruditiſſimis commentariis, ab eo in plures Auctores editis, commemorat.

Ejuſdem, Solon, ſive de ejus Vitâ, legibus, dictis atque Scriptis, liber ſingularis. Hafniæ, 1632. in 4.

Idem pollicitus fuerat Bibliothecas Atticam & Græcam, de Antiquis Atticis Græciſque Scriptoribus & eorum operibus, ſed non edidit.

Edidit verò Theophraſtum, ſive de illius Philoſophi libris, qui injuriâ temporis interciderunt, cum libello Theophraſticarum lectionum edito Lugduni-Batavorum, anno 1640.

IOANNES MICHAEL BRUTUS. Vita Philippi Callimachi Experientis, Florentini, præmiſſa Callimachi de Uladislao Hiſtoriæ. Francof. 1600. & Aug. Vindel. 1519.

IOANNES MICHAEL PIUS, *Bononienſis, O. P. Progenie di San Domenico in Italia, con le Vite di tutti gli Huomini per bontà, di-*

gnità,

gnità, & dottrina, che s'appartengono ad essi Conventi, con una raccolta di tutte le imagini miraculose, reliquie Sacre, e un' aggiunta di quasi tutti li Conventi & Monasterii del Ordine sudetto che sono stati in Europa & nelle Indie. Bononiæ, 1615. in folio, tribus voluminibus. Plurimos in eo desiderari, præsertim ex Hispanis, queritur Alfonsus Fernandes in Catalogo Scriptorum Familiæ Prædicatoriæ. Vide, verbô, *Michaël Pius.*

JOANNES MICROELIUS, *Stetinensis Gymnasii Rector.* Historiæ suæ Ecclesiasticæ, quam vocat Syntagma Historiarum Ecclesiæ, præcipuorum Theologorum qui post reformationem vixerunt Catalogum subjunxit. Stetini, Typis Georgii Rhetii, anno 1645. in 8.2. Edit. Et in tertia editione Syntagmatis Historiarum Politicarum ad æram Christi, 1654. continuati, ad calcem Catalogum Historicorum repræsentat. Ibidem, apud Ioannem Valentinum Rhetum, 1654. in 4.

Idem de Scriptoribus Pomeranicis aliisque Septentrionalibus egit in Historiâ Pomeranicâ.

JOANNES MOLANUS, *Doctor Theologiæ Lovaniensis.* Bibliotheca Theologica, cujus pars prima est materiarum, quæ, & à quibus Auctoribus cùm antiquis, tum recentioribus sint pertractatæ. Accedunt Catalogi duo. I. Catholicorum S. Scripturæ Interpretum, Biblicorum librorum ordine, operâ Andreæ Schotti. II. Scholasticorum Theologorum in D. Thomæ Aquinatis Summam, autore Ludovico Carbone. Coloniæ Agrippinæ, apud Ioannem Kinkium, 1618. in 4. Altera verò pars inedita est, & ex ea multa decerpsit Aubertus Miræus, teste Ph. Labbæo.

De sanctis Medicis Diarium ab eodem concinnatum prodiit Lovanii, anno 1595.

IOANNES MOLDERUS. Catalogus præcipuorum Judaïcæ Gentis Doctorum, Addito ejusdem Malleo obstinationis Judaicæ, 1600. edito.

JOANNES MONACHUS, *Discipulus Petri Damiani.* Præceptoris sui Vitam scripsit, quæ epistolis Damiani præmittitur.

JOANNES MONACHUS, *Castellensis.* De Illustribus Viris Ordinis Benedictini.

IOANNES

IOANNES MONACHUS, *Ordinis Cælestinorum*, scripsit Cælestini V. Romani Pontificis Vitam.

IOANNES de MONTLYARD. *La Vie de L. Apulée sommairement décrite.* Habetur in limine Operum Apulei ab eodem Montlyard in Linguam Gallicam conversorum. Parisiis, apud Samuëlem Thibouft, 1632. in 8.

IOANNES de MONTREUIL, *Advocatus in Curiâ Parisiensi. Oraison funèbre de Monseigneur le Cardinal de Ioyeuse Archevêque de Roüen, Doyen du sacré Collége. A Paris, chez Sebastien Cramoisy,* 1616. in 8.

IOANNES MORINUS, *Blesensis, Congregationis Oratorii Presbyter. La Vie du Cardinal Bellarmin traduite de l'Italien de Iaques Fuligati. A Paris*, 1635. in 8.

IOANNES MOROCURTIUS, *Nervius, Cartusianus*, carmine scripsit, Vitam S. Brunonis, sive Brunoniados libros 4. Antuerpiæ, 1640. Typis Criniti, in 4.

JOANNES MUNIER, *Advocatus Regius apud Heduos.* Sub finem Commentariorum Historiæ Augustodunensis adjecit elogia Virorum Illustrium ejusdem antiquissimæ Civitatis. Divione, apud Philibertum Chavance, 1660. in 4.

IOANNES MURMELIUS, *Ruremundanus*, scripsit Encomium Ioannis Reuclini, & Vitam Anitii Manlii Torquati Severini Boëtii.

JOANNES NÆVIUS, *Machliniensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini.* Eremus Augustiniana floribus honoris & Sanctitatis vernans; In quo tractat de Eremitis sub veteri & novâ Lege, de Ordinis Eremitarum S. Augustini institutione, approbatione, propagatione, De Vitâ S. Augustini, & aliorum in eo Ordine Sanctitate Illustrium. Lovanii, Typis Halstenii, 1638. in 4.

JOANNES NASS, *sive* NASUS, *è Civitate Helman Herbipolensis Diœceseos in Franconiâ*, in Centuriâ quintâ Evangelicarum Veritatum, Lutheri Vitam describit, contra Cyriacum Spangenbergium & Ioannem Matthæsium, Germanicè, Ingolst. anno 1568.

JOANNES NEANDER, *Bremanus, Medicus.* Syntagma in quo Medicinæ Artis antiquissimæ & nobilissimæ, cùm laudes & natalitia; Sectæ, earumque placita; tùm Catacrypses ejus, ac Re-

ſtauratores, & ad hæc uſque noſtra tempora Propugnatores, cum Hiſtoriis eorum, Vitis, ac Scriptis, in reverentiam, honorem, & dignitatem Artis Aſclepiadeæ, graphicè depinguntur, &c. Bremæ, apud Ioannem Veſſelium, 1623. in 4. De hoc libro Vide Ph. Labbæum in Bibliothecâ Bibliothecarum; qui Neandrum tanquam inſignem & imperitum plagiarium traducit.

JOANNES NEVIZANUS, I. C. ſcripſit Indicem Scriptorum in utroque Jure Canonico & Civili, quem auxit Ludovicus Gomeſius, & Io. Fichardus, ut ſuprà jam monuimus ſuis locis.

IOANNES NICOLAUS CAVANA, ſcripſit Italicè Vitam Raphaëlis Soprani, quæ habetur in limine Vitarum Pictorum Genuenſium ab eodem Soprano ſcriptarum, de quibus infrà, verbô, *Raphaël Sopranus*.

IOANNES NICOLAVS PASCHALIS ALIDOSIUS, *Bononienſis*. De Doctoribus Bononienſibus in Theologiâ, Philoſophiâ, Medicinâ, & Artibus liberalibus, ab anno milleſimo ad annum 1623. Italicè ſcripſit.

Ejuſdem, *Li Dottori Bologneſi di Legge Canonica & Civile dal principio di eſſi per tutto l'anno* 1619. *con li Viventi per ordine del loro Dottorato*. Bononiæ, apud Bartholomæum Cochium, 1620. in 4.

IOANNES NICOLAUS STUPANUS, *Rhetus*, *Profeſſor Medicinæ Baſilienſis*. Oratio de Cælii ſecundi Curionis Vitâ atque obitu. Baſileæ, 1576. in 4.

IOANNES NIESS, *Holzenſis, Suevus, Ieſuita*. De ortu & occaſu Linguæ Latinæ, cum ejuſdem inſtaurandæ modo, libri duo, ad politioris litteraturæ ſtudioſos, in quibus multa de antiquis, moderniſque Scriptoribus, Latinæ Linguæ parentibus, propagatoribus, & altoribus commemorantur. Dilingæ, apud Iacobum Sermodi, anno 1627. in 12.

IOANNES de NIGRA VALLE. De Scriptoribus Ordinis Canonicorum Regularium ſcripſiſſe perhibetur à Poſſevino, Tomaſino, Voëtio, aliiſque paſſim; ſed liber ejus adhuc deſideratur.

JOANNES NORTVVEGUS. Nomenclator Variorum Auctorum in promptuario Grammatico citatorum, nomina & Scripta, aliáque complura ſcitû digna. Francofurti, apud Aubrios, & Clementem Schleig. anno 1621. in 8.

IOANNES

IOANNES NOSTRADAMUS. De Vitis Poëtarum Provincialium liber, Gallicè. *Les Vies des plus Célébres & Anciens Poëtes Provençaux, qui ont fleury du tems des Comtes de Provence, &c. A Lyon, pour Alexandre Marsilii*, 1575. in 12. Et Italicè, Ibidem.

IOANNES OPORINUS, *Typographus Basileensis*. Exuviæ Ioannis Oporini, hoc est, Bibliotheca librorum impressorum, in gratiam eorum qui eos comparare volent digesta, & edita, in 8. anno 1571.

IOANNES OPPERIUS, de libris impressis Francofurti, scripsisse dicitur.

IOANNES OTTO TABOR, *I. V. D. Academiæ Giessensis Cancellarius*. Memoria Conjunctissimi Iurisconsultorum paris, Caspari Bitschii, Collegii Iurisconsultorum in Academiâ Argentoratensi Senioris, tum Georgii Davidis Locameri Pandectarum ibidem Professoris.

IOANNES à PÆP. Vita M. Tullii Ciceronis in annos distincta, ac in Epitomen secundùm Artem mnemonicam redacta. Lugduni, in 8.

IOANNES le PAIGE, *Ordinis Præmonstratensium*, *Theologus Parisiensis*, Bibliotheca Præmonstratensis, in quâ omnia continentur quæ specialiter Ordinem Præmonstratensem spectant. Parisiis, apud Adrianum Tupinart, in folio, anno 1633. Verùm in eâ de Scriptoribus ejusdem Ordinis ac Viris eruditis vix quidquam apparet. Consule sis ergo Chronicon Præmonstratense Auberti Miræi, in 8. Coloniæ, 1613. apud Gualterium.

IOANNES PAPIRIUS MASSO. Vide *Papirius Masso*.

IOANNES PAPPUS, *Theologus*, *Argentoratensis*. Præter ea quæ de eo diximus suprà, verbô, *Indices expurgatorii*, & verbô, *Iacobus Gretserus*, scripsit historiam, in quâ de Hæresibus atque Hæreticis nonnulla habentur. Sed quæ vix sunt instituto nostro consentanea.

IOANNES PAULUS FLAVIUS, *Albæ Marsorum natus*, Oratio in funere Pauli IV. Pontificis Maximi, Romæ habita 4. Non. Septembris 1569. Neapoli, ex officinâ Matt. Cancerii, 1570. in 4.

IOANNES PAULUS LANCELOTUS, *I.C. Perusinus*. Vita

Bartoli Iurisconsulti ex certissimis atque indubitatis argumentis desumpta, hactenus nunquam in lucem edita: Cui accessit adversùs Baldi detrectatores defensio. Perusiæ, 1576 in 4.

IOANNES PAVLVS MARTYR, *Rizo. Historia della Vida di Mecenas. En Madrid*, 1626. sed Meibomius in præfatione ad Vitam Mæcenatis notavit tantùm abesse ut illa Historia sit Historia, ut parum absit quin prorsus ad fabulas abeat, & Martyrem, sub Mæcenatis nomine, Aulicum describere voluisse, eámque in rem omnia ὕστερον πρότερον tractare, confundere, & ita mentiri ut veris falsa immisceat.

Ejusdem, *Historia de la Vida de Lucio Anneo Seneca Espanol. En Madrid*, 1625. in 4.

IOANNES PEDIONÆVS. Michaël Neander, in Præfatione ad Erotemata Linguę Græcę, commemorat Ioannis Pedionæi Rheti de Claris Oratoribus libros duos.

IOANNES PELISSO. Oratio in laudem Cardinalis Turnonii. Lugduni, apud Gryphium, 1534. in 4.

IOANNES PERESIVS de MONTALVAN, Collegit varia Elogia composita in honorem Lopis de Vega Poëtę Hispani, & publicavit, anno 1636. hoc titulô, *fama posthuma à la Vida y muerte del Dottor Frei Lope Felix de Vega Carpio, y Elogios panegyricos à la immortalidad de su nombre. En Madrid.* 1636. in 4.

JOANNES PERESIVS MOYA, *Hispanus, ex oppido S. Stephani Portuensis, Medicus.* De Claris Hispaniæ Mulieribus Tractatus. Madriti, anno 1583.

IOANNES PETRVS ab ALEXANDRO, scripsit Italicè Vitam Torquati Tassi, in principio libri, cui titulus, *Dimonstratione di luoghi tolti & imitati in più Autori dal S. Torquato Tasso, nel Goffredo.* Neapoli, 1604. in 8.

IOANNES PETRVS BELLORI. *Le Vite de' Pittori, Scultori, & Architecti moderni.* part. 1. in Roma, 1642. in 4.

JOANNES PETRUS CAMVS. Vide *Petrus Camus.*

JOANNES PETRVS GIVSSANVS. *Vita di S. Carolo Borromeo. In Roma*, 1610. in 4. Eadem auctior. Bresciæ, 1620. in 4.

Ejusdem, *Vita del Filippo Archiuto. In Como*, 1611.

JOANNES PETRVS LOTICHIVS, *Menofrancfortiensis, Medicus & Poëta.* Bibliothecę Poëticę quatuor partes, in quibus

Poëtę

Poëtę Variarum Gentium celeberrimi quique, tetrastichis singuli recensentur, unà additis, velut in compendio, eorundem Vitis, natalibus, & emortualibus. Francofurti, in 8. sumptibus Lucę Jemisii, annis 1625. 1626. 1628. cum ejusdem super Poëtis Latinis Novantiquis censurâ, sive promulside criticâ, in eadem Francofordiensi ad Mœnum Urbe, 1645. in 8.

Idem scripsit Vitam Petri Lotichii editam cum ejusdem Petri Lotichii opusculis, &c. Marpurgi Cattorum, 1640. in 8.

IOANNES PETRUS MAFFEIUS, *Bergomas*, *Iesuita*. De Vitâ S. Ignatii Loyolæ libri tres, sæpiùs editi, & de Vitâ Gregorii XIII. libri tredecim.

JOANNES PETRUS MASSARIA, *Ortonæ in Regno Neapolitano natus*. Elogium Eminentissimo ac Reverendissimo D. Petro Aloysio Caraffæ Cardinali. Neapoli, in 8.

JOANNES PETRUS PURICELLUS. Laurentii Littæ Archiepiscopi Mediolanensis Vita & res gestæ. Mediolani, 1653. in 4.

JOANNES PHILIPPUS ALEMANNUS. Vita & processus S. Thomæ Cantuariensis Martyris super libertate Ecclesiasticâ. Parisiis, 1495.

JOANNES PHILIPPUS NOVARIENSIS. In suo Chronico Canonicorum Ordinis Lateranensis collegit Catalogum Illustrium Scriptorum ejusdem Ordinis.

JOANNES PHILIPPUS PAREUS. Historia Vitæ & obitûs Davidis Parei Patris, Theologi Heidelbergensis, cum Variorum Epicediis. 1633. in 8. & 1635. Typis Wolfangi Gofmanni, in 12.

JOANNES PICUS, *Mirandulæ Dominus & Concordiæ Comes*. Vita Iustini Martyris, & Admonitorius adversùs Gentes, Latinè per I. Picum Mirandulanum. Basileæ, 1528. & 1550. & 1569.

Vide etiam suprà, verbô, *Iacobus Gaffarellus*.

JOANNES PIERIUS VALERIANUS. De Infœlicitate Litteratorum. Amstelodami, ex officinâ Petri Theodori Boëteman, 1647. in 12.

IOANNES PINUS, *Tolosanus*, *Rivorum Episcopus*. Vita Philippi Beroaldi Senioris. Bononiæ, apud Benedictum Hectoreum, anno 1505.

Ejusdem, Vita S. Catharinæ Senensis. Ibidem, eodem anno.

Ejusdem, de Claris Fœminis. Parisiis, in folio, per Colinæum 1521.

Scripsit etiam quædam de laudibus Codri Urcei, unà cum Codri operibus edita.

IOANNES PISCATOR, *Argentoratensis, in Scholâ Nassovicâ Herbornensi Theologiæ Professor.* Vita Caspari Oleviani Trevirensis, in eadem Scholâ Theologiæ Professoris.

IOANNES PITSEUS, *Anglus, Theologiæ Doctor, Liverduni in Lotharingia Decanus.* De Illustribus Angliæ Scriptoribus. Parisiis, in 4. anno 1649. apud Rolinum Thierri, & Sebastianum Cramoisy. Opus diffusum (verba sunt Valentini Vogleri cap. 22. Introd. in Notit. Scriptor.) nec absque multâ diligentiâ congestum, sed plenum affectibus, & ex quo exclusi sunt, qui eadem cum eo sacra non sunt sectati, quorum proinde notitia aliunde peti debet. A Guillelmo Burtono tanquam plagiarius impudens qui Io. Baleum fœdè suppilavit traducitur.

IOANNES PLANTAVITIUS de PAUS, *Episcopus Lodovensis.* Florilegium Rabbinicum. Addita est Bibliotheca Scriptorum Rabbinicorum editorum & MSS. Lodovæ, Typis Arnaldi Colomerii Typographi Regii Tolosani, anno 1644. in folio.

IOANNES POLIANDER à KERKOVEN. Oratio in obitum Ludovici de Dieu Gallo-Belgici Collegii Regentis, & in Ecclesiâ Lugduno-Batavâ Verbi Dei Ministri. Lugduni-Batavorum, 1643. in 4.

Ejusdem, Oratio funebris in obitum Antonii Valæi in Academiâ Leidensi Theologiæ Professoris, recitata 14. Julii 1639. Habetur in limine operum ejusdem Valæi. Lugduni-Batavorum, ex officinâ Francisci Kockii, 1643. in folio.

IOANNES POMERESCHIUS, Oratio in mortem Francisci Stypmanni J.C. in Academiâ Gryphiswaldensi Antecessoris.

IOANNES POSSELIUS, *Parchimæ, oppido Ducatûs Meckelburgici, Linguæ Græcæ apud Rostochienses Professor.* Oratio parentalis habita Rostochii in funere Petri Linderbergii Rostochiensis, Poëtæ egregii.

Ejusdem, Oratio in funere Ioannis Lucani J.C.

IOANNES PRICÆUS. Index Scriptorum qui in Hesychii Græco

co Vocabulario laudantur, Additus Apuleii Metamorphoseos libris, ejúsque in eos Notis. Goudæ. Typis Guliel. Vander Hoeve, 1650. in 8. Habetur quoque in nuperâ Editione Hesychiani Dictionarii.

IOANNES PFEFFINGER, *Lipsiensis Ecclesiæ Pastor.* Oratio in funere Iusti Menii Fuldensis Theologi.

IOANNES RAGUSÆUS, *Ordinis Prædicatorum*, Vitam & mores Hussitarum descripsit, teste Possevino.

IOANNES RAVISIUS TEXTOR, *Nivemensis.* Officinam edidit omnibus notam editámque Parisiis, Lugduni, Basileæ, in qua multa de Viris doctrinâ claris.

IOANNES RAVIUS, Bibliothecæ Laurentianæ in Escuriali Catalogum confecit.

IOANNES RHO, *Mediolanensis, Iesuita*, anno 1643. parata præ-lo habebat Elogia Virorum Illustrium hujus ævi, An edita sine nécne ignoro. De eo vide Leonem Allatium in Apibus Urbanis, & Philippum Alegambium.

JOANNES RHODIUS, *Hafniensis.* Catalogus Auctorum suppostitiorum, in quo Scriptores Anonymi & Pseudonymi complures manifestantur, ex Musæo Vincentii Placcii Hamburgensis, cujus etiam Notæ sparsim adjectæ sunt. Hamburgi, apud Christianum Guht, 1674. in 4.

Ejusdem; Catalogus exhibens Historicos Italiæ, cujus Autographum est penès Joannem Vincentium Placcium qui eum editurus est cum accessionibus, ubi tulerit occasio, ut pollicitus est idem Placcius in Epistolâ ad Lectorem præmissâ Catalogo Autorum suppositiorum, de quo suprà.

JOANNES RHELLICANUS, *Tigurinus.* Homeri Vita ex Plutarcho in Latinum translata, cum Annotationibus. Basileæ, 1637.

IOANNES RIOCHE O. M. De Doctoribus Ecclesiæ in Compendio Historiarum Parisiis edito, 1579. in 8. egit.

JOANNES RIOLANUS, *filius Ioannis Riolani Medici Parisiensis, Anatomiæ & Pharmaciæ Professor Regius.* Catalogus librorum instructissimæ ejus Bibliothecæ editus extat Londini, apud Joannem Martin & Jac. Allestry, 1655. in 4.

JOANNES

JOANNES RIVADELLVS, *Tarvisinus.* Elogia Bonifacii V. Joannis V. Stephani V. Leonis V. Benedicti V. Gregorii V. Innocentii V. Hadriani V. Celestini V. Clementis V. Martini V. Nicolai V. Pii V. & maximè Sixti V. Romæ, 1581.

IOANNES RIVIUS, *Lovaniensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Theologus, Trevirensis,* Synopsis Vitę S. Augustini, ex ejus potissimùm Scriptis ac verbis, observatâ annorum serie, concinnata. Antuerpiæ, anno 1646. in 4. ex officinâ Hieronymi Verdussii.

Idem scripsit Anastasin Augustinianam, sive de Scriptoribus Ordinis Eremitarum S. Augustini, sed nescio an ediderit nécne.

IOANNES ROBERTI, *Arduennas, Iesuita.* Sanctorum quinquaginta Jurisperitorum Elogia, contra populare commentum de solo *Yvone*, publicata. Leodii, Typis Joannis Ouverck, anno 1632. in 16.

IOANNES RODOLPHVS WESTENIUS. Memoriâ benedicta Theodori Zuingeri Basileënsis Medici, historicâ Vitę mortisque illius descriptione, ac Epicediis Clarorum Virorum & amicorum celebrata. Basileæ, 1655. in 4.

JOANNES ROSSVS, *Warvicensis.* De Academiis Britannicis, sive Anglicanis librum scripsisse dicitur circa annum Christi 1290.

IOANNES RVALDVS. Vita Plutarchi, & animadversiones in insigniora σφάλματα ejus. Parisiis, 1624.

JOANNES RVBEVS, De Vitâ & rebus gestis Bonifacii VIII. Romæ, 1651. in 4.

IOANNES SABBATINVS, *Aventinus,* liber de Fœminis Illustribus.

IOANNES SAMBVCVS, *Pannonius, Tirnaviensis, Medicus Cæsareus.* Veterum aliquot ac recentiorum Medicorum Philosophorumque Icones ex Bibliothecâ Ioannis Sambuci, cum ejusdem in singulos Elogiis Tetrastichis. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1574. in folio, & 1615. Amstelodami, apud Ioannem Jansonium. Editioni Plantinianæ Raphelengii, 1603. in folio, additę sunt Vitę singulorum, & Scriptorum Indiculus, cum diversorum de iisdem Encomiis.

JOANNES de SANCTO ALBINO, *Iesuita,* Historiam Urbis Lugdunensis

Lugdunensis Gallico Idiomate conscripsit, in qua agit de Lugdunensibus eruditione Illustribus, Lugduni, 1666. in folio.

IOANNES SARISBVRIENSIS, *Anglus, Episcopus Carnotensis*, scripsit Vitam S. Thomæ Cantuariensis, cognomentô Boëtketi.

IOANNES SAVARO, *Claromontensis, Regius Consiliarius, Præses & Præfectus Arverniæ*. C. Sidonii Apollinaris Vita, cum operibus ejusdem Commentariis illustratis. Parisiis, apud Viduam Perrier, 1609. in 4.

IOANNES SAVBERTVS, *Noribergæ ad D. Sebaldi Minister*. Historia Bibliothecæ Reipublicæ Noribergensis duabus Oratiunculis illustrata, quarum altera de ejus Structoribus & Curatoribus; alterâ, de rarioribus quibusdam & scitû dignis; cum Appendice de Inventore Typographiæ, & Catalogo librorum proximis ab inventione annis usque ad annum Christi 1500. editorum. Noribergæ, apud Volfangum Enderum, 1642. in 12.

IOANNES SCHERETZVS. Bibliotheca Antipapistica. Lipsiæ, in 4.

IOANNES SCHILDIVS. De Suetonii genere, Vitâ, studiis, & Scriptis tractatus ejusdem Schildii in Suetonium commentariis præmissus. Lugduni-Batavorum ex officinâ Francisci Hackii, 1647. in 8.

IOANNES SEGRI, scripsit Hispanicè Vitam Raymundi Lulli. Maioricæ, 1605. in 8.

JOANNES Seldenus. De decem Scriptoribus Antiquis Historię Anglicanæ, Dissertatio præmissa eorum Historiis. Londini, Typis Iacobi Flesher, in folio 2. Volum. 1652.

Ejusdem, liber de Nummis, cui accedit Bibliotheca nummaria. In 4. Londini, 1676. & Lugduni-Batavorum, in 12.

IOANNES SEZENIVS, *Pastor Gundelfingensis*, Oratio funebris in obitum Philippi Heilbrunneri Theologi Lavingensis.

IOANNES SHEPR. Vita Ioannis Clarmundi Presbyteri Angli Professoris in Universitate Oxoniensi.

IOANNES SILVIVS. *Insulanus, in Academiâ Duacensi Medicinæ Professor*, Academiæ nascentis Duacensis & Professorum ejusdem Encomium. Duaci, 1563. in 4.

JOANNES SLEIDANVS. *Sleidæ natus, Historicus Insignis*, Phi-

Vitâ S. Hieronymi impressa in Tertio Tomo Declamationum Melanchtonis.

IOANNES STVRMIVS, *Sleidæ natus, Argentoratensis Scholæ Rector.* Vita Beati Rhenani, quæ habetur in limine Germaniæ ejusdem Rhenani. Basileæ, in officinâ Frobenianâ, 1551. in folio.

Ejusdem, aliquot Epistolæ de morte Erasmi, Episcopi Argentinensis. Argentinæ, 1560. in 4.

IOANNES THOMAS FREIGIVS, *Brisgævienfis I. C.* Vita Petri Rami per Ioan. Thomam Freigium collecta. Basileæ, 1575. & 1580. in 4.

Ejusdem, Oratio parentalis in funere Wolfangi Streithii.

IOANNES THOMEVS. Vita Petri Bevissani Episcopi Vesprimensis. Venetiis, 1620. in 4.

IOANNES THVILIVS, *Mariæ-montanus, Medicinæ Doctor.* Oratio in funere Fabricii ab Aqua-pendente, Medici in Gymnasio Patavino, Anatomiæ & Chirurgiæ Professoris.

IOANNES de TOLOSA. Vita Richardi de S. Victore Scoti, Canonici Regularis S. Augustini, in fronte operum ejus. Rotomagi, 1650. 2. Volum.

IOANNES TRISSA, *Nemausensis Carmelita*, scripsit Catalogos tum Priorum Generalium Ordinis sui, tum Magistrorum Parisiensium.

IOANNES TRITHEMIVS, *sive à* TRITTENHEM, *Abbas Spanhemiensis, tum D. Iacobi Herbipolensis, O. B.* Catalogus Scriptorum Ecclesiasticorum usque ad annum Domini 1494. sæpiùs excusus fuit, tum seorsim illo anno Moguntiæ, apud Petrum Fridberg, tùm cum aliis ejusdem operibus Parte primâ operum Historicorum editionis Francofurtensis, in folio, anni 1601. Typis Wechelianis. Impressus quoque fuit Parisiis, expensis Ioannis Parvi, anno 1512. in 4. cum multis additionibus Illustrium Virorum, tum Coloniæ, anno 1531. apud Petrum Quentel, &c. eadem formâ. Tum anno 1546. ubi non solùm prima additio incerti cujusdam Collectoris fœtus, sed altera quoque, seu secunda appendix Balthazaris Werlini Dominicani, qui aliquot Scriptores Ecclesiasticos à Trithemio prætermissos adjecit, cum aliis qui post ejus tempora emerserunt usque ad annum illum 1546. quò Werlinus ille florebat in Germaniâ.

Ejusdem Trithemii Bibliotheca Carmelitana, sive Illustrium aliquot Carmelitanæ Religionis Scriptorum & eorum operum Catalogus, & de laude Ordinis Carmelitarum, Florentiæ, in 4. anno 1593. cum Notis Petri Lucii Belgæ Carmelitæ. Idem Tractatus habetur quoque in Tomo IV. operum Ioannis Baptistæ Mantuani, cognomentô Hispanioli, in 8. Antuerpiæ, apud Bellerum, anno 1576.

Extat quoque editus Coloniæ Agrippinę, sumptibus Iodoci Kalckoven, anno 1643. de ortu & progressu, ac Viris Illustribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Tractatus Ioannis Trithemii, Auberti Miræi, & Ioannis de Carthagenâ, Ordinis Minorum de Observantiâ.

Ejusdem, de Viris Illustribus Ordinis S. Benedicti, libri quatuor, impressi sunt Coloniæ, anno 1571. in 4. apud Gervinum Calenium, cum expositionibus Ioannis à Turrecremata, & Smaragdi Abbatis super regulam S. Benedicti.

Eosdem quoque inseruit Ioannes Busæus Tomo operum piorum ac spiritualium ejusdem Trithemii edito Moguntiæ, in folio, anno 1604. apud Ioannem Albinum.

Ejusdem, de Luminaribus Germanię liber unus, sive Catalogus Illustrium Virorum, Germaniam suis ingeniis & lucubrationibus omnifariam exornantium, ad Iacobum Wimphelingium Slestadium Theologum, cum ejus Prosthesi, sive additamento. Moguntiæ. Scorsim, nec-non in prima parte operum Historicorum ejusdem Trithemii, anno 1601. editorum in folio, Typis Wechelianis.

Ioannis Tritemii Catalogus Græcorum Codicum in Bibliothecâ Trithemianâ Spanheimensi, extat in Paralipomenis operum ejusdem Trithemii, anno 1605. Moguntię, studiô Ioannis Busæi editorum.

Scripsit præterea ad Iacobum Trithemium Fratrem suum Itinerarium Vitæ suæ duobus libris, & Vitam Rabani Archipræsulis.

IOANNES TRVLLVS, *Aragonius*, *Canonicus Regularis Lateranensis*, in libro inscripto, Ordo Canonicorum Regularium Cap. 4. 5. & 6. primę partis, collegit Ordinis Canonicorum Lateranensium Illustres Scriptores. Cæsar-Augustæ, in officinâ Viduę Bar-

Bartholomæi à Nagera, 1571. & Bononiæ, apud hæredes Ioannis Rossii, anno 1605.

IOANNES VALENTINUS. Fama Andreana, sive Vita Iacobi Andreæ Waiblingensis. Argentorati, 1630. in 12.

IOANNES VIGILIUS MAGIRUS, Latinè reddidit Vitam Scævolæ Sammarthani Gallicè scriptam per Gabrielem Michaëlem Rupimalletum, vel *de Rochemailles* in Senatu Advocatum.

JOANNES VINCENTIUS, *Belga, Iesuita*, edidit Vitam & documenta S. Ioannis Chrysostomi, 1638.

IOANNES VINCENTIUS, *Verzellinus, Saonensis in Liguria. Historia di Savona & degli Huomini illustri di essa. M. S.*

IOANNES VICTORIUS ROSSUS. Vide *Ianus Nicius Erythræus.*

IOANNES VOERTHUSIUS. *Præpositus Daventriensis.* Academiæ Veteris & Novæ ad Dominum Maximilianum II. Romanorum, Bohemiæ, &c. Regem, in Coronatione Francofurtensi gratulationis ergò legatio, quâ Virorum eruditione Illustrium divina sympathia proponitur. Francofurti, per Ludovicum Lucium, 1563. in 4.

IOANNES WEBSTER, *Practicus Medicus & Chirurgus*, edidit Londini, 1670. in 4. sumptibus Walteri Kettebly, Historiam Metallorum, seu *Metallographiam*, in quâ agit de Autoribus qui de Metallis scripserunt.

IOANNES WERTZIUS, Vita Nicolai Reusneri. Jenæ, 1603. in 4.

IOANNES WHETHAMPSTEDUS, *qui &* FRUMENTARIUS, *Anglus*, scripsit librum de Viris Illustribus, & de rebus à se gestis.

IOANNES WINCKELMANNUS, *Theologiæ Professor in Academiâ Giessanâ*: Oratio funebris in obitum Christophori Helvici, Theologiæ Doctoris, & Hebraïcæ Linguæ Professoris in eadem Academiâ. Francofurti, 1618. in 4.

Ejusdem, Oratio de Vita & obitû Ioannis à Beelepsch. Marpurgi, 1616. in 4.

IOANNES WINTERUS, *Canonicus & Officialis Sanctensis in Clivia.* Vita Stephani Vinandi Pighii Campensis, præfixa Annalibus

Romanis ejusdem Pighii editis Typis Plantini, in folio.

IOANNES WOLFANGVS FREYMONIVS, *in Obernhaussen J. V. D.* Elenchus omnium Autorum, sive Scriptorum qui in jure tam Civili, quàm Canonico, vel commentando, vel quibuscunque modis explicando & illustrando, ad nostram ætatem usque claruerunt, nomina & monumenta partim in lucem antehac prolata, partim in Bibliothecis passim adhuc abdita complectens, initiò quidem à Clarissimis nostri sæculi JJ. CC. Joanne Nevizano, Ludovico Gomesio, Ioanne Fichardo, & Joanne Baptista Zilleto collectus, jam autem recèns Joannis Wolf. Freymonii operâ digestus, &c. Francofurti ad Mænum, 1574.1579.& 1585.in 4. Vide suprà, verbô, *Ioannes Baptista Zilletus.*

IOANNES WOVERIVS, *Antuerpiensis.* Elogia Regum & Principum qui eruditionis cum laude emicuerunt memoratur scripsisse.

JODOCVS BADIVS ASCENSIVS, *Gandensis, Typographus Parisinus*, scripsit Vitam Thomæ à Kempis,& cap. 8. & 9.ejusdem Vitæ Elogium Gerardi Magni, vulgò Groot,Daventriensis.

IODOCVS DAMHOVDERVS, *Brugensis, Eques, Carolo V. & Philippo II. in Belgio à Consiliis*, librorum suorum Catalogum ipse contexuit, in Appendice ad Praxim Criminalem.

JODOCVS HESSVS, *Erphordianæ Carthusiæ Moderator*, versibus Hexametris S. Brunonis Vitam prosecutus est.

IORDANVS SAXO, *seu de* SAXONIA, *Ordinis Eremitarum S. Augustini.* De Vitis Fratrum Ordinis sui libri 4. cum Notis Augustini Sabothii Ordinis ejusdem. Leodii, Typis Christiani Ouvvenk.

IOSEPHVS ANTONIVS GONSALIVS de SALAS. Ad T. Petronii Arbitri Satyricon præludia, in quibus ejus Vita, Secta, & mors describitur, præfixa Commentariis Simonis Abbes Gabemæ in eundem Petronium. Trajecti ad Rhenum,Typis Gisb. à Zyll & Theod. ab Ackersdyck, 1654. in 8.

IOSEPHVS BASSVS. *Panegyrico funebre*, in obitum Sillæ Luccii J. C. Canonici & Pœnitentiarii Ecclesiæ Veliternæ.Romę,apud Ludovicum Grignanum, 1626. in 12.

IOSEPHVS BETVSSI. Vide suprà,verbô, *Ioannes Bocacius.*

IOSEPHVS

IOSEPHVS BLANCANVS, *Bononiensis, Iesuita.* Post explanationem locorum Mathematicorum Aristotelis ex universis ipsius operibus collectorum, addit tractationem de naturâ Mathematicarum scientiarum, atque Clarorum Mathematicorum brevem Chronologiam ab orbe condito, ad annum 1614. Bononiæ, 1615. in 4. apud Bartholomæum Clocium.

PETRVS BESODNERVS, *Cibiniensis, Saxo-Transylvanus, Lutheranus.* Bibliotheca Theologica, hoc est, Index Bibliorum præcipuorum, eorundémque Interpretum Hebræorum, Græcorum, & Latinorum, tam Veterum, quàm recentium, &c. Francofurti Marchionum, sive ad Oderam, anno 1608. in 4. apud Kopffium, 1609. & Thymium, 1610. in 8.

PETRVS BLANCHOT, *ex Ordine Minimorum S. Francisci de Paula.* Idea Bibliothecæ Universalis tribus duntaxat expansa foliis. Parisiis, apud Sebastian. Cramoisy, anno 1631.

PETRVS BLOMMENNA, *qui à patriâ dicitur Leidensis, Carthusianus,* scripsit Vitam S. Brunonis Ordinis sui Fundatoris.

PETRVS BONINSEGNVS, scripsit Urbani VI. Romani Pontificis Vitam.

PETRVS BORELLVS, *Castrensis, Medicinæ Doctor.* Bibliotheca Chymica, seu, Catalogus librorum Philosophicorum Hermeticorum, in quo quatuor millia circiter Auctorum. (*Sed confusè admodùm ac nullô penitùs servatô ordine,*) continentur. Parisiis, apud Carolum du Mesnil & Thomam Joly, 1654. in 12. Heidelbergæ, 1656. in 8.

Idem scripsit Vitam Renati Des-Cartes, quæ adjuncta est ejusdem Borelli Historiarum & Observationum Medicophysicarum Centuriis quatuor. Parisiis, 1657. in 8. editis.

Ejusdem, Auctarium ad Vitam Claudii Fabricii Peireskii à Petro Gassendo scriptam. Hagæ-Comitis, apud Hadrianum Vlack. 1655.

Contexuit etiam Vitas Nicolai Flamel, Iacobi Cueur, & Cosmopolitæ, quæ extant in libro, cui Titulus, *Trésor des Recherches & Antiquitez Gauloises, & Françoises. A Paris, chez Augustin Courbé,* 1655. in 4. Ibidem reperitur Catalogus operum ejusdem Borelli.

PETRVS BROSSEVS. Aurelii Cassiodori Vita, præfixa ejusdem Cassiodori operibus. Genevæ, apud Petrum & Jacobum Chouet, 1609. in 8.

PETRVS CALZOLAVS, *Hetruscus, Ordinis Benedictini, Cassinensis*

nensis Congregationis, Historia Monastica in quinque Dies seu *Giornate* distincta, Italicè. Florentiæ, apud Laurentium Torrentinum, 1561. in 4. Vide paulò-post, *Petrus Ricordatus.*

PETRUS del CAMPO. *Historia general de los Eremitanos de la Orden de San Augustin.* Barcinone, 1640. in folio.

PETRUS CAMUS, *Episcopus Bellicensis.* De Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad Urbanum VIII. Parisiis, 1630. apud Jos. Coutereau, in 8. Scripsit quoque Vitam Claudii Bernardi dicti Pauperis Sacerdotis, Divionensis. Catalogus operum ejus Gallicâ Linguâ editorum. Parisiis, apud Jacobum Villery, & Gervasium Alliot.

PETRUS CARMELITA, *Bruxellensis*, scripsit Bibliothecam Carmelitanam, sive, Catalogum Scriptorum Carmelitani Ordinis, qui Florentiæ est editus, anno 1594.

PETRUS CASTELLANUS, *Gerardimontanus*, *Medicus & in Academiâ Lovaniensi Græcarum litterarum Professor.* Vitæ Illustrium Medicorum, qui toto orbe ad hæc usque tempora floruerunt. Antuerpiæ, in 8. apud Gulielmum à Tongris, anno 1618.

PETRUS CASTELLANUS, *Lingonensis. Episcopus Matisconensis, & deinde Aurelianensis, magnus Eleemosinarius Galliæ, ac Magister Regiæ Bibliothecæ.* Oratio funebris in obitum Francisci primi Galliarum Regis, Doctorum Fautoris, & Mæcenatis. Gallicè. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1547. Vide infrà, verbô, *Petrus Gallandius.*

PETRUS à CASTRO, *Bayonas, Medicus Veronensis.* Bibliotheca Medici eruditi. Patavii, anno 1654. Typis Joannis Baptistę Pasquatis, in 12.

PETRUS CHICOT. Vide *Ioannes de Curtis.*

PETRUS COLVIUS, *Brugensis.* Vita L. Apulei Madaurensis, præmissa ejus operibus, à Colvio emendatis. Lugduni-Batavorum, apud Franciscum Raphelengium, 1588. in 8.

PETRUS CORISINUS, *Cardinalis*, *Florentinus.* Vitas aliquot Pontificum à se scriptas reliquit.

PETRUS CRATEPOLIUS, *Iuliacus*, *Ordinis Minorum.* Catalogus Academiarum Orbis Christiani. Coloniæ, 1593. in 8.

Idem, de Germaniæ Episcopis, & Orthodoxis Doctoribus qui populum

populum ad Christi Religionem ibidem ab initio converterunt. Item, de Schismaticis & Pseudo-Doctoribus,&c. Ibidem, 1592. in 8.

PETRVS CRESCENTIVS. *Della militia Ecclesiastica e delle Religiose Cavaleresche, come Claustrali, con Vita di molti Huomini Santi.* Placentiæ,1648. in folio.

PETRVS CRINITVS, *Florentinus.* De Poëtis Latinis, extant libri quinque, cum indicibus, in quibus multa Veterum Poëtarum fragmenta referuntur. Parisiis, apud Jodocum Badium Ascensium, anno 1513. Basileæ, apud Henricum Petri anno 1532. in 4. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium, 1554. in 8.

Gesnerus, Tomô 2. Bibliothecæ Titul.7. part.6. ait eum exarâsse Vitam F. Fulgentii. Crinitus pollicitus quoque erat Vitas Grammaticorum. Etiam in historicis idem fecisse colligi inde potest, quòd in antiquis Salustii editionibus Vita ejusce Scriptoris desumpta esse dicitur ex Criniti de Historicis opere. Sed opus illud hodiè non extat. Fortasse est inter inedita quæ Florentiæ asservari asserit Vossius, librô de Historicis Latinis, post Gesnerum.

PETRVS CVNÆVS *I.C. Flissingensis, Politices Professor in Academiâ Lugduno-Batavâ.* Oratio in exequiis Everardi Bronchorstii Deventriensis Iurisprudentię in eadem Academiâ Professoris.

Ejusdem, alia Oratio funebris in obitum Ælii Everardi Vorstii Ruremundani, in eadem Academiâ Professoris. Item, Laudatio funebris in exequiis Cornelii Svvanenburgii J. C. ibidem Professoris, & Oratio in funere Francisci Burgersdisci ibidem Philosophiæ Professoris.

PETRVS DAMIANVS, *Cardinalis.* Vitâ S. Romualdi Fundatoris, & primi Abbatis Ordinis Camaldulensis.

PETRVS DANIEL HUETIVS, *Cadomensis, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis*, De interpretatione libri duo, quorum prior, est de optimo genere interpretandi: alter, de claris Interpretibus. Parisiis, in 4. anno 1661. apud Sebastianum Cramoisy. Et Stadæ, 1680. in 8.

Idem edidit Origenis in Sacras Scripturas Commentaria, quæcunque Græcè reperiri potuerunt, iisque præmisit Dissertationem de Vitâ & Scriptis Origenis, cum Latina interpretatione,

Notis, & Observationibus. Rhotomagi, 1668. 2. Vol. in folio.

PETRVS DIACONUS, *Romanus, Monachus Cassinensis.* De Viris Illustribus Ordinis Cassinensis liber, anno 1655. Romæ, à Jo. Baptista Maro in lucem editus, & annotationibus illustratus. Et Lutetiæ Parisiorum, 1667. apud Ludovicum Billaine, in 8.

PETRVS DORLANDVS, *Diestensis, Cartusianus.* Corona de Viris Cartusiani Ordinis Illustribus, seu, Chronicon Cartusianum. Coloniæ, cum Notis Theodori Petreii, apud Cholinum, anno 1608. & 1609. Typis Hierati, hoc titulo, Bibliotheca Cartusiana, sive Illustrium Ordinis Cartusiani Scriptorum Catalogus.

PETRVS FERRANDVS, *Hispanus, Ordinis Prædicatorum*, scripsit Vitam S. Dominici Auctoris Familiæ Dominicanorum.

PETRVS FORMIVS, *Monspeliensis, Doctor Medicus.* Samuëlis Petiti Professoris Theologiæ in Academiâ Nemausensi, Vita, &c. Gratianopoli, apud Joannem Nicolaum, anno 1673. in 4.

PETRVS FRISON, *Doctor Theologus, Parisiensis, & in magnâ Franciæ Eleemosinariâ Vicarius Generalis*, Gallia purpurata, quâ, cùm Summorum Pontificum, tum omnium Galliæ Cardinalium qui hactenus vixêre res præclarè gestæ continentur. Lutetiæ Parisiorum, apud Eimonem Le Marc, 1638. in folio.

Idem, Henrici Spondani Episcopi Apamiarum, Vitam scripsit, quæ extat ad calcem primi voluminis Continuationis Annalium Baronii ab eodem Spondano compositæ.

PETRVS GALESINIVS, *Mediolanensis, Protonotarius Apostolicus*, scripsit Historiam Paparum, hoc titulo, Theatrum Pontificale. Vitam Didaci Covaruviæ Episcopi Segoviensis, & Bonaventuræ Cardinalis: Præterea, Bibliothecam Ecclesiasticam adornâsse dicitur.

PETRVS GALLANDIVS, *Æriæ in Artesia natus, Regius Latinarum litterarum Lutetiæ Professor.* Oratio in funere Francisco Francorum Regi à Professoribus Regiis facto, habita Lutetiæ, Nonis Maii 1547. Lutetiæ, apud Mich. Vascosanum, in 4.

Idem scripsit Vitam Petri Castellani (de quo suprà) editam à Stephano Balusio. Parisiis, anno 1674. cum duabus Orationibus funebribus ab eodem Castellano habitis in obitum Francisci I. Galliarum Regis.

PETRVS GALLARDVS, *Advocatus Parisiensis.* Chronicon Romanorum

manorum Pontificum à S. Petro usque ad Sixtum V. auctum usque ad Urbanum VIII. studiô Gabrielis Michaëlis de Rochemaillet, prodiit Gallicè primò Parisiis, 1585. deinde 1639. apud Cardinum Besogne, in 8.

PETRUS de GASSANVILLA, *Presbyter Carnotensis.* Vita Petri Blæsensis ex ipsius potissimùm Epistolis, & Scriptoribus coætaneis concinnata, & præmissa operibus ejusdem Petri Blæsensis. Parisiis, sumptibus Simeonis Piget, 1667. in folio.

PETRUS GASSENDUS, *Diniensis Ecclesiæ Præpositus.* Vita Epicuri libris 8. Hagæ, 1656. apud Hadrianum Vlacq, in 4.

Vita Illustris Viri Nicolai Claudii Fabricii de Peiresc, Senatoris Aquisextiensis. Parisiis, anno 1641. in 4. & Hagæ-Comitis, apud Vlacquium, anno 1651. in 12. & cum Auctario Petri Borelli ibidem, 1655. in 4.

Tychonis Brahei, Equitis Dani Astronomorum Coriphæi, Vita; Accesserunt Nicolai Copernici, Georgii Purbachii, & Ioannis Regiomontani, Astronomorum celebrium, Vitæ. Parisiis, apud Viduam Mathurini Dupuis, 1654. in 4. & Hagæ-Comitis, in 4. annô 1655.

Catalogus rariorum librorum quos ex Oriente advexit & in publicâ Bibliothecâ Leidensi reposuit Jacobus Golius. Parisiis, 1631.

Opera omnia ejusdem Gassendi in sex Tomos distributa prodierunt Lugduni, anno 1658. in folio.

PETRUS GEMELLUS. De obitu Ludovici Borbonii Cardinalis, Oratio funebris. Parisiis, apud Andream Wechelum, anno 1557. in 4.

PETRUS GEORGIUS CHALCEDONIUS, litteris mandavit Vitam Marci Antonii Coccii Sabellici, filii Fabri Ferrarii, Professoris humaniorum litterarum, Romæ & Venetiis.

PETRUS GISOLFUS, *Neapolitanus Congregationis Piorum Operariorum. Vita del P. D. Carlo Carafa Fundatore della Congregatione de' P. P. Pii Operarii di Napoli. Per Lucio Antonio de Fusco*, 1667. in 4.

Vita del P. D. Antonio de Colellis della Congregatione de' P. P. Pii Operarii. In Napoli. Per Giacinto Passaro, 1663. in 4.

PETRUS GRINÆUS, *Scotus*, de Scriptoribus Scotis, ac

ac Viris bellô illustribus, scripsisse fertur.

PETRUS GUALTERUS CHABOTIUS. Epistola de Vitâ suâ. Francofurti, apud Wechel, 1594. in 4.

PETRUS GUILIELMUS *aliis* GILERMUS, *Cardinalis*, Romanorum Pontificum Vitæ à Nicolao I. usque ad Paschalem II.

PETRUS HALLEUS, *I. V. D. & in Academiâ Parisiensi Regius Antecessor & Poëta.* Gabrielis Naudæi Elogium, præfixum ejus Epistolis, Genevæ, sumptibus Joannis Hermanni Widerhold, 1667. in 8.

PETRUS HALLOIX, *Leodiensis, Iesuita.* De Vitâ Origenis liber, defensio item dogmatum ejus. Leodii, 1648. in folio.

Vita & documenta S. Justini Philosophi, & Martyris, unà cum Censurâ, & Notis. Duaci, Typis Belleri, 1622. in 8.

Vita S. Dionysii Areopagitæ cum Notis. Antuerpiæ, 1633.

Vita P. Camilli de Lellis Fundatoris Clericorum Regularium infirmis ministrantium, ex Italico Santii Citadelli, Ordinis ejusdem. Antuerpiæ, Typis Plantinianis, 1632. in 8.

Illustrium Ecclesiæ Orientalis Scriptorum, qui primô Christi sæculô floruerunt, Vitæ & documenta, adjectis notationibus, & quæstionibus ad Vitam pertinentibus. Duaci, Typis Petri Bogardi, in folio, an. 1633. Illustrium Ecclesiæ Orientalis Scriptorum, qui secundô Christi sæculo floruerunt, Vitæ, & documenta, &c. Ibidem, 1636. in folio.

PETRUS HUGO, *S. I. Helvetius*, Vita Nicolai de Rupe, Anachoretæ Subsilvani in Helvetiâ. Friburgi Helvetiorum, per Willelmum Darbellay, 1636. in 12.

PETRUS JACOBUS BACCIUS, *Aretinus.* Vide suprà, *Iacobus Baccius.*

PETRUS JAMMI, *Theologiæ Doctor, Ordinis Prædicatorum.* Vitæ Alberti Magni ex gravissimis Autoribus excerptæ, Epitome. Extat in limine operum ejusdem Alberti. Lugduni, 1651. 21. Volum. in folio.

PETRUS JOANNES RESENIUS. Synopsis Vitæ Tichonis Brahei.

PETRUS JOSEPH, *Aurelianensis Iesuita. La Vie de Charles Spinola de la Compagnie de Iesus. A Paris, chez Estienne Michalet.* 1681. in 12.

PETRUS

PETRUS JOANNES NUNNESIUS, *Valentinus*. Vide suprà, *Ammonius*.

PETRUS KINTYRUS, *Scotus, Presbyter*. Laudes, acta, Vitam ac mortem Gregorii X. libr. 1. scripsit.

PETRUS KIRSTENIUS. Vitæ quatuor Evangelistarum ex antiquissimo Codice MS. Cæsareo erutæ. Francofurti, apud Nicolaum Rothium, cum aliis, & Breslæ, in folio, 1608.

PETRUS LALLEMANT, *Rhemensis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Congregationis Sanctæ Genovefæ*, Vita Joannis Fronteau ejusdem Congregationis, edita Parisiis, anno 1662.

PETRUS LAMBECIUS, *Hamburgensis, I. V. D. Cæsareæ Majestatis Consiliarius, Historiographus ac Bibliothecarius.*

Prodromus lucubrationum Criticarum in A. Gellii noctes Atticas, unà cum dissertatione de Vitâ & nomine Auli Gellii. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, & Gabrielem Cramoisy, 1647. in 8.

Vita S. Anscharii primi Archiepiscopi Hamburgensis, &c. addita Originibus Hamburgensibus. Hamburgi, sumptibus Autoris, anno 1652. in 4.

Prodromus Historiæ litterariæ. Hamburgi, sumptibus Autoris, Typis Michaëlis Piperi, 1659. in folio.

Liber primus Commentariorum de Augustâ Bibliothecâ Vindebonensi, cum variis Additamentis, & XX. Iconismis æri incisis. Viennæ Austriæ, Typis Matthæi Cosmerovii, 1665.

Liber Secundus Commentariorum de Bibliothecâ Vindebonensi, cum Additamentis, & XL. Iconismis. Ibidem, in folio, anno 1669.

Liber Tertius Commentariorum de Bibliothecâ Vindebonensi, sive, Catalogus MSS. Græcorum Theologicorum, cum Additamentis & LV. Iconismis. Ibidem, anno 1670. in folio.

Liber quartus Commentariorum de Bibliothecâ Vindebonensi, sive, Catalogus MSS. Græcorum Theologicorum à centesimo primo ad ducentesimum, cum Additamentis, & XXXIII. Iconismis.

Liber Quintus Commentariorum de Bibliothecâ Vindebonensi, sive, Catalogus MSS. Græcorum Theologicorum à ducentesimo primo, usque ad trecentesimum trigesimum sextum,

cum Additamentis. Ibidem, 1672. in folio.

Liber Sextus Commentariorum de Bibliothecâ Vindebonensi, sive, Catalogus MSS. Græcorum, Juridicorum, & Medicorum, Ibidem, in folio, 1673.

Liber Septimus Commentariorum de Bibliothecâ Cæsareâ Vindebonensi. Vindebonæ. Typis Jo. Christoph. Cosmerii, 1675. in fol.

Liber Octavus Commentariorum de Bibliothecâ Cæsareâ Vindebonensi. Ibidem, 1679. in folio.

Catalogus operum Petri Lambecii ab eodem Lambecio editus.

Ejusdem Epistola de Bibliothecæ Cæsareæ Vindebonensis Codicibus qui adornandæ novæ omnium Flavii Josephi operum editioni Græco-Latinæ possunt inservire. Vindebonæ. Typis Matthæi Cosmerovii, 1666. in 4.

PETRUS LANSELIUS, *Gravelinganus Flander, Iesuita.* Edidit S. Dionysii Areopagitæ opera, correctâ versione Joachimi Perionii, unà cum S. Maximi Scholiis & Pachimeri Paraphrasi in Epistolas ejusdem, à se Latinè redditis. Additâ disputatione Apologeticâ de Vitâ Scriptísque Dionysii. Parisiis, apud Michaëlem Sonnium, 1615. in folio.

PETRUS LEDESMA, scripsit Vitam Antonii Nebrissensis.

PETRUS LINDEBERGIUS, *Rostochiensis.* Celebriores Academiæ Rostochiensis Professores, qui ad annum superioris sæculi nonagesimum sextum vixerunt, laudat, librô 5. Chronici Rostochiensis, cap. 11.

PETRUS LONGOTESTA, *Gallus, Canonicus Regularis Cœnobii Brydlyngtonensis in Angliâ*, Gallicè, & quidem ligatâ Oratione, reddidit Vitam S. Thomæ Cantuariensis, ab Hereberto de Bosham conscriptam.

PETRUS de LOPES de ALTUNA, *Hispanus.* Ordinis sui Sanctissimæ Trinitatis de Redemptione Captivorum Chronicon generale edidisse fertur, & in eo de Scriptoribus egisse.

PETRUS LOUVETUS, à *Sancto Sequano*, *O: P:* Index geminus omnium operum B. Alberti Episcopi Ratisbonensis, ex Familiâ Prædicatorum. Parisiis, apud Joannem Remigium, 1642. in 4.

PETRUS LUCIUS, *Bruxellensis, Ordinis Carmelitarum.* Carmelitana Bibliotheca, sive Illustrium aliquot Carmelitanæ Religionis Scriptorum & eorum operum Catalogus, ex Arnoldo Bostio

pluribus

pluribus mutuatis. Florentiæ, apud Georgium Marescottum, in 4. anno 1593.

PETRUS MAFFÆUS, *aliàs* MALPÆUS, *Bruxellensis*, *Ordinis S. Dominici.* De Scriptoribus Ordinis Prædicatorum dicitur scripsisse librum, cui titulus, Athenæum Dominicanum.

PETRUS MAGNUS. Oratio in funere Alexandri Farnesii Cardinalis. Romæ, 1589. in 4.

PETRUS MARTINIUS. Vita Juliani Imperatoris cum operibus ejusdem Juliani. Parisiis, 1583. in 8.

PETRUS MARSILIUS, scripsit Vitam Raimundi de Peniafort Barcinonensis Ordinis Prædicatorum.

PETRUS le MOINE, *Iesuita*, scripsit Gallicè Vitam Armandi du Plessis, Cardinalis Richelii.

PETRUS MORIN, *Parisiensis, Iesuita*, reddidit Gallicè Vitam Roberti Cardinalis Bellarmini. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1625. in 8. Scripsit quoque eodem idiomate Vitam S. Ignatii de Lojola. Ibidem, 1622. in 12.

PETRUS du MOULIN, *Pastor & Theologiæ Professor Sedanensis. La Vie & Religion de deux bons Papes, Leon prémier, & Grégoire prémier, où est montré que la Doctrine & Religion de ces Pontifes tant célébrée, est contraire à la Religion Romaine de ce tems. A Sedan, par François Chayer*, 1650. in 12.

PETRUS NANNIUS, *Alcmariensis*, *Lovanii in Trilingui Collegio Professor.* Oratio in funere Conrardi Goclenii, in eodem Collegio Professoris. Lovanii, anno 1542. apud Sassenum, in 4.

PETRUS NEVELETIUS DOSC. *I.C.* Elogium Francisci Hotomanni Parisiensis J. C. Francofurti, apud Andreæ Wecheli hæredes, Claudium Marnium, & Joannem Aubrium, 1595. in 4.

PETRUS NIGIDIUS. Elenchus Professorum Academiæ Marpurgensis, & Vita defunctorum. Marpurgi, 1591. in 8.

PETRUS NONIUS, scripsit carmina in Illustrium Historicorum & Poëtarum effigies. 1560.

PETRUS OPHMERSENSIS, *Ordinis Minorum*, Catalogum collegit atque emisit, omnium totius fermè Orbis Episcoporum, atque Archiepiscoporum, qui contra Missoliturgos Missæ Sacrificium asseruerunt. Coloniæ, apud Gulielmum Lutzenkirchen.

PETRUS OPMERUS, *Amstelodamensis*, in libro de Martyribus Hollandiæ, Coloniæ, in 8. edito, scripsit Vitam Cornelii Musii Delphensis.

In Opere Chronographico, Antuerpiæ, 1611. in folio,& Coloniæ, in 8. edito,scripsit Icones & Elogia Pontificum Romanorum.

PETRUS d'OULTREMANS, *Valentinianus*. Vita Petri Eremitę qui Principibus Christianis belli sacri auctor, & dux fuit, additus Tractatus de posterioribus Cruciatis ad recuperationem Terræ Sanctæ, Gallicè. Valentinianis Typis Joannis Vervliet, 1632. in 8. & Parisiis,1645. in 12.

Vitæ tum Beatorum, tum Illustrium Virorum Societatis Jesu. Duaci, 1622. Typis Belleri, in 8. Idiomate Gallicô.

Idem vertit in eandem Linguam ex Latino Sebastiani Beretarii Jesuitæ Vitam Josephi Anchietæ. Duaci, Typis Marci Wion, 1619. in 8. & Vitam Petri Canisii Jesuitæ, ex Hispanico Joannis Eusebii Nierembergii, editam ibidem, anno 1642. ad calcem Tractatûs de conformandâ voluntate nostrâ cum divinâ.

PETRUS PALIOT, *Parisinus*, *Typographus Divionensis*, Initio Armorialis, ut vocant, Indicis Gallicè scripti cum figuris Insignium, recenset varios Autores, qui de arte, quæ dicitur, Heraldicâ, sive, de Tesseris Gentilitiis nobilium Virorum scripserunt. Divione, 1660. in folio.

PETRUS PASCALIUS. Eliæ Vineti Elogium, adjectum ejusdem Commentariis in Ausonium. Burdigalæ, apud Millangium, 1590. in 4.

PETRUS PATIENS, scripsit narrationem de Vitâ & obitû Hartmanni Beyeri, Ecclesiastæ Wittebergensis.

PETRUS PAULUS FIORDELISIUS, *Tuscanienfis*, *Iesuita*. Oratio habita in funere Lucæ Sempronii Episcopi Tiphernatis. Tipherni, 1617.

PETRUS PAULUS de RIBERA. *Triomphi ed Heroiche imprese di* 845.*Donne Illustri dotate di conditioni & scienze segnalate*.Venetiis, 1609. in 8.

PETRUS POMPONATIUS, *Mantuanus*, *Philosophus*. Operum ejus manuscriptorum & evulgatorum Nomenclator ex Bibliothecâ Joannis Bourdelotii. Parisiis, apud Clodomerum Cotard, anno 1633. in 8.

PETRUS

PETRVS POSSINVS, *Iesuita*, *Gallus*. De Vita Arnoldi Boreti Senatoris Tolosani libri IV. Parisiis, apud Io. Camusat, 1639. in 8.

PETRVS RAMVS, *Veromanduus*, *Regius in Parisiensi Academiâ Professor*, in Oratione de Urbe Basileâ, excusâ Lausannæ, Viros qui in Acad. Basileensi Scriptis & eruditione claruerunt, recenset.

PETRVS RIBADENEIRA, *Toletanus*, *Iesuita*. Illustrium Scriptorũ Religionis Societatis Jesu Catalogus, auctore Petro Ribadeneira. Antuerpiæ, in officinâ Plantinianâ, anno 1608 in 8. Secundâ Editione auctus, Lugduni, apud Joannem Pillehotte, in 8. anno 1609. Tertiâ quoque editione locupletior, Antuerpiæ, anno 1613. ex officinâ Plantinianâ, in 8. Vide quoque infrà, *Philippus Alegambe*, & suprà, *Nicolaus Sotvellus*.

De Vitâ Ignatii de Loyola, tum Latinè, tum Hispanicè, libri quinque.

De Vitâ Iacobi Laines Iesuitæ libri tres, Hispanicè; huic adjuncta est Vita Alphonsi Salmeronis, & Francisci Borgiæ ex Societate Jesu, eodem Idiomate.

PETRVS RICHERIVS, scripsit Vitam Nicolai Durandi de Villegagnon.

PETRVS RICORDATVS, *Monachus O. B. Congregationis Cassinensis*. Historiæ Monasticæ Italicâ Linguâ conscriptæ librô quartô, seu die, agit de Scriptoribus Ecclesiasticis, doctisque Hominibus qui Vitam Monasticam sunt amplexi. Romæ, in 4. anno 1575. apud Vincentium Accolatum. Vide suprà, verbô, *Petrus Calzolaus*.

PETRVS de S. ROMUALDO, *Fuliensis*, egit de Viris doctrinâ conspicuis in libro, cui titulus, *Thresor Chronologique*, Parisiis, apud Antonium de Sommaville, 1642. 1646. & 1647. tribus Volum. in folio, Et in ejusdem Compendio. Parisiis, apud Fr. Clousier, 1660. 3. Vol. in 12.

PETRVS ROSSETVS. De multiplici Scriptorum genere. Parisiis, 1625. in 8.

PETRVS *de la* ROVIERE, *Typographus Genevensis*, Vita Philonis Judæi in præfatione appositâ operibus Philonis ab eodem la Roviere impressis, anno 1613. in folio.

PETRVS ROVERIVS, *Iesuita*. Vita Cardinalis de la Rochefaucaut. Parisiis, 1645. in 8.

Ejusdem, Vita Petri Cottoni Foresiani Jesuitæ. Lugduni, apud Mathæum Liberal, 1660. in 8.

PETRVS RVDOLPHVS, *seu* RODOLPHVS, *Tossiniacensis, Ordinis Minorum, Sanctæ Inquisitionis Officii in Vrbe Consultor, & Ep. Senogalliæ.* Historiam Seraphicam tribus libris complexus est, ubi de Franciscani Ordinis Scriptoribus multa refert. Venetiis, annis 1586. & 1595. apud Franciscum Franciscium.

PETRVS de SALAZAR, *Canonicus Toletanus. Vida y Cronica del gran Cardinal Gonzales de Mendoça Arcobispo de Toledo por el Doctor Pedro de Salazar y de Mendoça. Fol. Toledo*, 1625. Scripsit quoque Vitam Joannis Tavera Archiepiscopi Toletani.

PETRVS SCACCHI, *della Aquila, Ordinis S. Augustini. Sommario della Vita del B. Antonio dell' Aquila dell' Ordine di Sant' Agostino.*

PETRVS SCHOTTVS, *Argentinensis, in patriâ Vrbe Canonicus B. Petri*, carmine Elegiaco condidit Vitas S. Joannis Apostoli, S. Joannis Baptistæ, S. Chrysostomi, & Gersonii Cancellarii Parisiensis.

PETRVS SCAVENIVS. Designatio librorum Bibliothecæ Regis Daniæ suâ curâ editorum. Cui subjectus est Catalogus Auctorum qui suppressô, vel fictitiô nomine prodierunt. Hafniæ, 1665. in 4.

PETRVS SCRIVERIVS, *ab Iverendeel, Harlemi, apud Batavos natus.* Manes Erpeniani, cum Epicediis Variorum. Lugduni-Batavorum, 1625.

Idem edidit Desiderii Erasmi Vitam, partim ab ipsomet Erasmo, partim ab amicis æqualibus fideliter conscriptam. Accedunt Epistolæ illustres. Lugduni-Batavorum, 1649. in 12.

PETRVS SESTRENCIVS. Laudatio funebris Bartolomæi Kekermanni Dantiscani.

PETRVS SIMONIVS, *Tiletanus Flander, Iprensis Episcopus*, Oratio funebris in exequiis Cornelii Jansenii Gandavensium Episcopi, quæ cum reliquis ejusdem Simonii operibus edita est, Antuerpiæ, Typis Plantinianis, in folio.

PETRVS SOLOMEAV. *Discours de la Vie & mort de Theodore de Béze, avec le Catalogue des Livres qu'il a composez.* A Geneve, 1610. in 8.

PETRVS

PETRVS STEVARTIVS, *Leodiensis, Theologiæ Doctor, S. S. litterarum in Academia Ingolstadiensi Professor, Procancellarius & Mauricianus ibidem Pastor.* Edidit anno 1616. Ingolstadii, in 4. apud Elisabetham Angermariam, ex Typographiâ Ederianâ, Tomum singularem insignium Auctorum tam Græcorum, quàm Latinorum, quos ex variis Bibliothecis accersitos in lucem prodire jussit, tanquam appendicem ad Henrici Canisii lectionis antiquæ Tomos sex, de quibus suô dictum est locô.

Idem Manuelis Calecæ libros quatuor adversùs errores Græcorum excudendos curavit, adjecitque Catalogum Auctorum qui pro Græcis, adversùs Græcos scripserunt. Ingolstadii, in 4.

PETRVS SVTOR, *Cartusianus*, De Scriptoribus Cartusianis dicitur scripsisse.

S. PETRVS, *cognomentô* VENERABILIS, *Nobilis Arvernus*, De Vita S. Matthæi Cardinalis Albanensis, liber unus.

PETRVS VINCENTI, *Ostuniensis in Regno Neapolitano. Theatro de gli Huomini Illustri che furono Protonotarii nel Regno di Napoli.* Neapoli, per Ioannem Baptistam Sottilem, 1607. in 4.

PETRVS VINCENTIVS, *Ordinis Prædicatorum*, Scriptores Mariales recensuisse perhibetur.

PETRVS VIOLA, *Vicentinus, Philosophiæ Moralis in Gymnasio Patavino Professor.* Oratio in funere Hieronymi Cagnoli Patritii Vercellensis, Ducis Sabaudiæ Consiliarii. Extat in fronte operis ejusdem Cagnoli, quod inscribitur, Commentarii in primam & secundam Digestorum, &c. Venetiis, apud Lucam Antonium, 1567. in folio.

PETRVS WERENFELSIVS. Oratio in obitum Lucæ Gemleri Theologi.

PETRVS WINSTRVPIVS, De Academiis in genere & præcipuè de Academiâ Carolinâ. Londini, apud Authorem, 1669. in 4.

PHILIBERTVS BRETINVS, *Aussoniensis Burgundus.* De Claris Medicis scripsisse dicitur.

PHILIBERTVS FEZAIVS, *Avenionensis, Carmelita, Doctor Theologus Vniversitatis Borboniæ Aqui-sextiensis*, Catalogus Autorum qui de Mysterio Incarnationis scripserunt. Legitur in fine opusculi ab eo editi de Mysterio Incarnationis. Aquis-sextiis, apud Stephanum David, 1641. in 4.

PHILI-

PHILIBERTUS MARESCHALLUS. *La guide des Arts & Sciences, & promptuaire de tous livres, tant composez que traduits en François.* A Paris, par François Jaquin, 1598. in 8.

PHILIBERTUS de la MARE, *Senator Divionensis.* Vita Jacobi Guioni Augustodunensis. Divione, anno 1658.

Scripsit quoque Vitam Claudii Salmasii, nescio an in lucem emiserit. Vide verbô, *Leonardus Brunus.*

PHILIPPUS ALEGAMBE, *Bruxellensis, Iesuita.* Bibliotheca Scriptorum Societatis Jesu, post excusum, anno 1608. Catalogum, Petri Ribadeneiræ, nunc hoc novo apparatu librorum ad annum reparatæ salutis 1642. editorum concinnata, & Illustrium Virorum Elogiis adornata, &c. Antuerpiæ, apud Joannem Meursium, 1643. in folio. Vide suprà, *Nicolaus Sotvellus.*

PHILIPPE des AVENELLES, *Epitome des Vies de Plutarque.*

PHILIPPUS BEROALDUS, *Bononiensis,* Vita Suetonii, & in eum Comment. impressi Parisiis.

PHILIPPUS BRASSEUR, *Ex Montibus Hannoniæ Oppido,* Sidera Illustrium Hannoniæ Scriptorum. Montibus Hannoniæ, in 8. anno 1637.

Bibliotheca Hannoniæ. Ibidem, in 4. anno 1639.

PHILIPPUS ab ELEEMOSINA, *vulgò dictus cognomentô ab* HARVENG, *Abbas 2. Monasterii bonæ spei Ordinis Præmonstratensis apud Binchium, Hannoniæ oppidum, S. Bernardo Claræuallensi familiaris,* scripsit Vitas S. Augustini Episcopi Hipponensis, S. Amandi Episcopi Leodiensis, & alias.

PHILIPPUS ELSSIUS, *Bruxellensis, O. A.* Encomiasticon Augustinianum, in quo Personæ Ordinis Eremitarum S. Augustini Sanctitate, Prælaturâ, Legationibus, Scriptis, &c. præstantes enarrantur. Bruxellis, ex Typographiâ Francisci Viviens, anno 1634. in folio. Verùm hic Scriptor, (ut annotavit Labbæus,) erga ordinem suum benè animatus, omnia quæ à variis hinc inde dispersa sunt avidiùs incautiúsque corradit, nec ad amussim libellámque Historiæ sincerioriśque Chronologiæ aliorum pronuntiata expendit. Ideò vix fieri potuit quin multa exhibeat mendis insignibus infecta, & fabulis nonnunquam propiora, quàm vero. Adde quòd in recensendis Scriptorum operibus non eam posuerit operam quæ Lectori curioso possit

ac

ac debeat facere satis, sed plerumque in aliorum describendis Catalogis acquieverit.

PHILIPPUS GALLÆUS, *Harlemensis, Pictor & Chalcographus.* Virorum doctorum de disciplinis bene merentium effigies 44. cum Elogiis tetrastichis Benedicti Ariæ Montani. Antuerpiæ, anno 1572. in folio.

Ejusdem, effigies 150. Illustrium Belgarum, in quas carmine lusit Franciscus Raphelengius.

Ejusdem, Illustrium Galliæ Belgicæ Scriptorum Icones, ex Musęo Auberti Miræi, anno 1604.

Ejusdem, Elogia & imagines XII. Cardinalium pietate, doctrinâ, rebúsque gestis maximè illustrium, anno 1598.

PHILIPPUS GLASERUS, *I. C. Argentoratensis.* Syntagma Historicum, in quo continentur Prolegomenon de Historiâ; Dissertatiuncula de præstantiâ cognitionis Historiæ; Narratio compendiosa ab orbe condito ad annum 1601. Admonitio de rectè legendâ Historiâ. Catalogus Historicorum, &c. Argentinæ, Typis Willelmi Christiani Glaseri, 1629. in 4.

PHILIPPUS de GUIMERAN. *Breve Historia della Orden della Mercede.* Valentiæ, 1591. in 4.

PHILIPPUS LABBE, *Bituricus, Iesuita.* Specimen novæ Bibliothecæ MSS. librorum, sive Antiquarum lectionum Latinarum, & Græcarum, in quatuor partes tributarum, cum Coronide Poëticâ, & supplementis decem locupletissimis, in quibus eminere videntur Catalogi Tomorum sex Antiquæ lectionis Henrici Canisii, & Scipionis Tertii, Index MSS. Bibliothecæ Scorialiensis, Congregationis de propagandâ fide, Arabicorum Golii Bibliothecæ Regiæ, præsertim Veterum Editionum à primordiis Typographiæ ad annum M. D. &c. nec-non Coronide Librariâ, sive Bibliothecâ Bibliothecarum, Catalogorum, Elenchorum, Indicum, &c. ac duplici Indice copiosissimo. Parisiis, apud Joannem Henaut, 1653. in 4.

Bibliothecæ novæ manuscriptorum librorum Tomi duo. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy, 1657. in folio.

Conspectus novæ editionis omnium operum Joannis Damasceni, in quatuor Tomos tributorum. Ibidem, ex officinâ Cramoisiana, 1652. in 4.

Aristotelis & Platonis Græcorum Interpretum Typis hactenus editorum brevis conspectus, ex Athenæo Philosophico. Ibidem, 1657. in 4.

Catalogus librorum omnium quos hactenus in lucem emisit, aut sub prælo habet Philippus Labbe, ab amico collectus, atque editus. Ibidem, 1656. in 4.

Ejusdem, Catalogi altera editio castigatior atque auctior, cum Appendice librorum excusorum, ab anno 1657. ad 1662. prodiit Parisiis, sumptibus Simonis Benard, 1662. in 4.

Anni 1661. Bibliographia P. P. Societatis Jesu, in Regno Franciæ libros ferè omnes ab illis eô annô editos diligenter repræsentans, cum Antecessione librorum anni 1662. Parisiis, sumptibus Simonis Benard, 1662. in 4.

De Byzantinæ Historiæ Scriptoribus è Luparæ Typographiâ emittendis, Protrepticon; ubi Catalogus Scriptorum Historiæ illius, servatô ordine temporis, eorumque etiam ineditorum Alphabetica series, ubi de eorum ætate, & Scriptis obiter quidem, sed accuratè disputatur. Parisiis, è Typographiâ Regiâ, 1648. in folio.

Bibliotheca Anti-Janseniana, sive, Catalogus Scriptorum qui Cornelii Jansenii Iprensis, & Jansenianorum errores, oppugnârunt, cum præludiis Historiæ, & cribratione Farraginis Jansenisticæ, sive, Catalogo librorum aliquot à Jansenianis editorum, &c. Parisiis, ex officinâ Cramoisianâ, 1654. in 4.

De Scriptoribus Ecclesiasticis quos attigit Cardinalis Bellarminus Philologica & Historica Dissertatio, duobus Tomis, in 8. apud Sebast. Cramoisy, 1660.

Claudii Galeni Vita ex ejus operibus collecta. Parisiis, apud Simonem Benard, 1660. in 8.

Ejusdem, Galeni Chronologicum Elogium. Parisiis, apud Claudium Cramoisy, 1660. in 8.

SS. Patrum, Theologorum, Scriptorumque Ecclesiasticorum Bibliotheca Chronologica, breviter singulorum Elogiis definita, ad annum usque 1500. Parisiis, apud Gulielmum & Simonem Benard, 1659. in 24.

Doctorum Virorum in Societate Jesu ab anno 1640. ad annum 1658. mortuorum Pinacotheca Chronologica, per singulos annos

annos digesta. Ibidem, apud eosdem, eadémque formâ.

Excusa sunt instar speciminis, in 4. apud Claudium Cramoisy, anno 1662. initia librorum sequentium quos editioni paratos habebat.

1. Bibliotheca Bibliothecarum auctior atque emendatior.
2. Bibliotheca Chronologica omnis generis Scriptorum, Sacrorum & profanorum per sæcula mundana, Romana, Christiana, servatô ordine Alphabeticô, corúmque morte, cùm ea investigari potuit, charactere Italico designata.
3. Bibliothecæ Geographicæ eruditi Orbis ab Adamo usque ad annum 1501. in decem libros distributæ liber primus; Græcia erudita cum vicinis Insulis, & Thraciâ, Dalmatiâ, &c. Liber 2. Asia erudita. Liber 3. Africa erudita. Liber 4. Hispania. 5. Italia. 6. Gallia, &c.
4. Gallorum, atque Francorum libris in lucem editis & doctrinâ illustrium Chiliades Historico-Chrono-Geographicæ, in tres partes distributæ. I. ante Sæculum 16. II. Sæculo 16. III. Sæculo Christi labente in quo vivimus 17.
5. Bibliotheca nummaria in duas partes divisa. 1. de antiquis Numismatibus. 2. de Monetis, ponderibus, & mensuris, cum Mantissâ Antiquariæ supellectilis, &c.
6. Bibliothecæ Veterum Patrum & Ecclesiasticorum Scriptorum editionis amplissimæ triplex conspectus. I. Coloniensis Bibliothecæ cum Parisiensibus quinque earum Auctariis comparatio. II. Chronologicus. III. Maximæ Parisiensis, quæ & Morelliana dicitur, &c.

Ejusdem, Thesaurus Epitaphiorum Veterum ac recentium. Parisiis, apud Simonem Benard, 1666. in 8.

Ejusdem, Bibliotheca Bibliothecarum curis secundis auctior, accedit Bibliotheca nummaria, cum mantissâ Antiquariæ supellectilis, &c. Parisiis, apud Ludovicum Billaine, 1664. & Rhotomagi, apud Thomam Maurry, 1672. in 8.

PHILIPPVS LONICERVS, scripsit Orationem funebrem in obitum Joannis Lotichii Secundi J. C.

PHILIPPVS LVDOVICVS HANNEKENIVS. Epitome Historiæ Arrianæ, in quâ Vita, mores, & mors Arrii traditur. Giessæ, 1660. in 8.

PHILIPPUS MACERIUS, *Siculus, Regni Cypri Summus Cancellarius*, ſcripſit Vitam Petri Thomę Carmelitę Patriarchę Conſtantinopolitani, libris duobus, à Gotefrido Hentschenio illuſtratis. Antuerpiæ, apud Iacobum Meurſium, 1659. in 8.

PHILIPPUS MELANCHTON, *Brettanus, Theologus celeberrimus, & in omni diſciplina verſatiſſimus*, ſcripſit de Hippocratis Vitâ Orationem, quæ extat Tomo 2. Declamationum ejuſdem Melanchtonis, Argentorati, apud Cratonem Mylium, 1558. in 8. editarum. De Vitâ Galeni Orationem, Ibidem. De Vitâ Avicennæ, Tomo 3. De Vitâ Platonis, Ariſtotelis, S. Auguſtini, Rodolphi Agricolæ, Martini Lutheri, Sebaldi Munſteri, Orationes ejuſdem Melanchtonis leguntur in eodem libro Declamationum.

PHILIPPUS MEYERUS, *Atrebas*. Vide ſuprà, *Iacobus Sluperius*.

PHILIPPUS MORNÆUS du PLESSIS. *Hiſtoire de la Vie de Meſſire Philippes de Mornay Seigneur du Pleſſis, faite par luy-même & continuée juſqu'à ſa mort.* Lugduni-Batavorum, apud Elzevirios, 1647. in 4. Paulus Colomeſius in Gallia Orientali Autorem hujus Vitę eſſe Virum nobilem D. de Liques, aſſerit.

PHILIPPUS NOVARIENSIS. Vide *Ioannes Philippus Novarienſis*.

PHILIPPUS PARÆUS. Vide *Ioannes Philippus Paræus*.

PHILIPPUS RIBOTI, *Carmelita, Prior Provincialis Cataloniæ*. De primâ Ordinis ſui inſtitutione, ſeu de geſtis Carmelitarum peculiaribus, libros decem, & de Viris illuſtribus ejuſdem Ordinis librum unum ſcripſit, excuſum Venetiis, anno 1507. in folio. Vide ſuprà, verbô, *Ioannes Groſſus*.

PHILIPPUS à SANCTA TRINITATE, *Carmelita diſcalceatus*. Hiſtoria Carmelitani Ordinis ab Elia Sanctiſſimo Prophetâ, &c. Lugduni, apud Antonium Juilleron, & Antonium Baret, 1656. in 8.

PHILIPPUS SEGUINI, O. C. Celebratur Bibliotheca Manuſcripta Ciſtercienſis à Carolo de Viſch, aliiſque; ſed non fuit edita.

PHILIPPUS WANNEMAKERUS, *Belga, Dominicanus*. Triumphus

phus Litteratorum, in quô Borromianæ virtutis imago. Mediolani, apud hæredes Pacificii Pontii, 1611. in 8.

PHILIPPVS VILLANVS. De Vitâ, & moribus Francisci Petrarchæ liber MS. in Bibliothecâ Cardinalis à Balneo, dicitur extare à Thomasino in Petrarchâ.

PHILO HERENNIVS, *Bybliensis è Syria, Grammaticus*, Suidâ teste, scripsit περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς βιβλίων, de comparandis & seligendis libris, duodecim libros, & περὶ πόλεων καὶ οὓς ἑκάστη αὐτῶν ἐνδόξους ἤνεγκε. De Urbibus, & de singularum Viris Illustribus libros triginta.

PHILO JUDÆVS. Vita Josephi & Vita Mosis.

PHILOSTRATVS LEMMIVS, *sub Severo Imperatore clarus*. Libri octo de Vitâ Apollonii Thyanei celebris Magi, editi Lutetiæ Parisiorum, curâ Federici Morelli, apud Claudium Morellum, 1608.

PHILOSTRATVS TERTIVS, *cujus is, qui Apollonii Vitam condidit, Patruus & Socer erat, vixit sub Macrino & Heliogabalo*, Tertii hujus Philostrati sunt Vitæ Sophistarum Græcè editæ, cum interpretatione Bonfinii. Apud Claudium Morellum, anno 1608.

PHOTIVS, *Patriarcha Constantinopolitanus*. Bibliotheca μυριόβιβλος, sive, lectorum à Photio librorum recensio, censura, atque excerpta, Philosophorum, Oratorum, Historicorum, Medicorum, Theologorum, è Græco Latinè reddita, Scholiisque illustrata, operâ Andreæ Schotti Antuerpiani de Societate Jesu. Augustæ Vindelicorum, anno 1606. apud Georgium Viller. Observat Antonius Possevinus se vidisse Versionem Bibliothecæ Photianæ à Federico Metio Thermularum Episcopo factam, sed non evulgatam. Textus Græcus illius Bibliothecæ studiô Davidis Hœschelii Augustani, cum ejusdem Notis & emendationibus, atque impulsû præcipuè Marci Velseri Augustanæ Reipublicæ Duumviri, prodierat anno 1601. in folio, in eadem Urbe, apud Sebastianum Mylium Augustanum. Græcè verò ac Latinè eadem Bibliotheca excusa fuit Genevæ, apud Paulum Stephanum, anno 1612. in folio, tum deinde Rotomagi, iterum prælo commissa est in folio, apud Joannem & Davidem Berthelinos.

PLACIDVS FILINGERVS, *Iunior, Neapolitanus, Clericus Regularis. Oratione nel funerale di Alessandro Cardinal Montalto. In Roma, appresso il Mascardo*, 1613. in 4.

PLACIDVS GALLEMART, *Recollectus O. M.* agit in Descriptione Provinciæ S. Dionysii in Franciâ, de Viris sanctitate & eruditione Illustribus, qui in eâ vixerunt. Catalauni, apud Henricum Geoffroy, 1649. in 8.

PLACIDVS PVTRICELLVS. Apparatus de Illustribus Abbatiæ Florentinę Viris, Mediolani, 1645. in 4.

PLACIDVS ROMANVS, *Monachus & Diaconus Cassinensis*. Supplementum Virorum Illustrium Monasterii Cassinensis à Petro Diacono descriptorum. Prodiit unà cum Petro Diacono.

PLVTARCHVS CHÆRONEVS. Inter Vitas ab eo conscriptas extant multæ Virorum doctrinâ præstantium, ut omnibus notum est.

POGIVS BRANDOLINVS, *Florentinus*, Laudatio funebris in obitum Cardinalis Florentini. Vide, verbô, *Georgius Garnefelt*.

POLYCARPVS PALERMVS. De verâ Plinii patriâ adversùs Cicalicum. Veronæ, in 4. anno 1608. Idem scripsit Elogia Jurisconsultorum.

POLIDORVS VIRGILIVS. De Inventoribus rerum sæpè editum est opus, & nominatim, anno 1626. cum Auctario.

POMPEIVS UGONIVS, *Romanus*, scripsit Orationem funebrem Urbani VIII. & Leonis XI.

POMPONIVS, *I. C.* Enchiridion Pomponii de Origine Juris ex Lib. 2. Digestorum, seorsim editum fuir Norimbergæ, in 12. anno 1661. cum Animadversionibus Christiani Adami Ruperti.

POMPONIVS GAVRICVS, *Gifunensis in Regno Neapolitano*, Post breves Commentarios super Arte Poëticâ Horatii, addidit ejusdem Poëticę legis Epilogum, in quo Catalogos texuit Poëtarum Antiquorum in varias Classes, Epopæorum, Elegiacorum, Tragœdorum, &c. Romæ, in 4. anno 1541. apud Valerium Doricum & Aloysium fratrem Brixianos.

Idem in libro de Sculpturâ, agit de claris Sculptoribus. Pisauri, apud Hieronymum Soncinum, 1504. & Florentiæ, 1508. in 8.

PONTIVS DIACONVS *Aquilejensis Ecclesiæ*, fertur scripsisse S. Cypriani Vitam, quę extat in fronte operum Cypriani ab Eras-

mo, Pamelio, & Rigaltio editorum. Sed Rivetus dubitat an Pontius sit Auctor hujus Vitę.

PORPHYRIUS, *Philosophus & Sophista praclarus*, scripsit librum de Vitâ Pythagoræ à Luca Holstenio Latinè versum. Vide, verbô, *Lucas Holstenius*.

POSSIDIUS *Afer*, *Episcopus Calamensis*, scripsit Vitam S. Augustini & Indiculum librorum ejus.

PROBUS, *Grammaticus*, scripsit Virgilii Vitam, quæ reperitur cum Commentariis Variorum in Virgilium. Basileæ, per Henric. Petri, 1561. in folio.

PROFESSORES ACADEMIÆ WITTEBERGENSIS. Joachimi Camerarii Vita à Professoribus Academiæ Wittebergensis scripta. Wittebergæ, 1560. in 8.

PROSDOCIMUS PIGNOLATUS, *Patavinus*, *Monachus S. Justinæ*, *Congregationis Cassinensis*, scripsit quorundam Monachorum Ordinis sui Vitas.

PROSPER MANDOSIUS, *Nobilis Romanus*, *Ordinis S. Stephani Eques*. Bibliotheca Romana, sive, Romanorum Scriptorum Centuriæ. Romæ, 1683. in 4.

Idem editioni parat librum de claris Prosperis.

PTOLOMÆUS de LUCA, *sive* LUCENSIS. Historia Ecclesiastica usque ad annum 1342. quæ MS. superest in Bibliothecâ Vaticanâ. Raphael Volaterranus initiô libri 22. Commentariorum Urbanorum, eum reponit inter eos qui Pontificum Vitas scripsêre, & libro 18. breviter ab eo annotatos dicit Viros doctrinâ illustres, qui Pontificis cujusque Vitâ claruerunt.

Q.

QUIRINUS REUTERUS, *Ecclesiastes Spirensis*, scripsit Vitam Andreæ Dudithii Sbardellati, Vitam & obitum Nicolai Cilneri Mosbachii J. C. & Orationem habitam in funere Laurentii Circleri Goldbergensis Silesii.

R.

RABANUS, *Anglus*, ipsemet suam Vitam versibus Elegis descripsit, quæ initiò Commentarii in Jeremiam Basileæ excusi legitur.

RABANUS à RODOLFO, scripsit Vitam Rabani Mauri, quæ extat Tomo primo ejus operum. Coloniæ, Typis Antonii Hierati, 1617. 6. Vol.

RANUTIUS PICUS. De Viris Illustribus Parmensibus Italicè. Parmæ, 1642. in 4. Ibidem, iisdemque anno ac formâ prodiit Catalogus Doctorum Virorum utriusque Juris Collegii Parmensis, nec-non Catalogus Episcoporum Parmensium.

RAPHAEL CASTRUCCIUS, scripsit Vitam Benedicti Bonsignori Monachi Benedictini.

RAPHAEL MAPHÆUS, *Volaterranus*: Anthropologiæ libri undecim, in quibus recensentur Clari Homines omnium temporum, Linguarum, & Gentium, qui in Oratoriâ & Poëticâ, Mathesi & Juris Scientiâ, cæterisque Artibus profecerunt, &c. Medii verò illi sunt inter Geographicos & Philologicos, in volumine Commentariorum, ut appellare placuit, Urbanorum ad Julium II. Episcopum Urbis Romæ, hoc est, à decimo tertio, ad vigesimum tertium. Lugduni, apud Sebastianum Gryphium, 1552. & Basileæ, 1559. in folio.

RAPHAEL MAFFÆUS, *Ordinis Servorum, Etruscus*, patriô Sermone scripsit de Viris Illustribus ejusdem Ordinis, & de Scriptoribus Venetis.

RAPHAEL de MIRALES. *Relacion Sommaria de la Vida di S. Carlos Borromeo &c. En çaragoça, in* 8. 1618.

RAPHAEL SOPRANUS, *Patritius Genuensis. Le Vite de' Pittori, Scoltori ed Architetti Genovesi e de' forastieri che in Genova operarono con alcuni ritratti degli stessi opera postuma, &c. In Genova*, 1674. *per Gius. Bottaro & Giov. Battista Tiboldi*, in 4. Idem edidit librum de Scriptis Ligurum.

RAPHAEL

RAPHAEL TRICHETUS du FRESNE. Catalogus Illustrium de Picturâ Scriptorum, unà cum opere Italico Leonardi de Vinci de Picturâ, edito Parisiis, anno 1651. apud Iacobum Langlois, in folio; Eidem operi præfixit Trichetus Vitam Leonardi de Vinci à se scriptam.

Idem litteris consignavit Vitam Leonis Baptistæ Alberti, Architecti Florentini, cámque præmisit ejus operi Italico de Statuâ. Ibidémque recenset reliqua Scripta ejusdem Alberti.

Catalogus ejus Bibliothecæ quam plurimis rarissimísque libris refertissimæ prodiit, anno 1662. in 4. Parisiis, apud Viduam & hæredes.....

Idem edidit Hieronymi Maggii librum de Equuleo. Parisiis, 1659. in 4. eidémque Maggii elogium præfixit, ex opere quod meditabatur de rerum Italicarum Scriptoribus.

RAYMUNDUS CAPUANUS, *Ordinis Prædicatorum*, Vita & miracula B. Catharinæ Senensis per R. Capuanum & Th. Naccium, 1612.

RAYMUNDUS LASSIUS. Vita Francisci Sanchez Lusitani Medici à R. Lasso ejus olim discipulo. Habetur in limine operum ejusdem Sanchez. Tolosæ, apud Petrum Bosc. 1636. editorum.

RAYMUNDUS le ROUX, *dictus* RUFUS, *in Senatu Parisino Advocatus*, publicavit Parisiis, apud Poncetum Le-Preux, anno 1553. Epistolam Gallicam præfixam libro quem scripsit contra Carolum Molinæum, in quâ agit de Vitâ Georgii Selvii Episcopi Vaurinensis, Viri doctissimi, cujus opera prodierunt. Parisiis, apud Galiotum Dupré. 1559. in folio.

REGNERUS SIXTINUS, *I. C. Professor in Academiâ Marpurgensi.* Oratio de Vita & morte Joannis Coltzii J. U. D. & Cancellarii Hassiæ. Marpurgi, apud Paulum Egenolphum, 1589. in 4.

REGINALDUS POLUS, *Anglus*, *Cardinalis*, scripsit Vitam Christophori Longolii Machliniensis, quæ, suppressô Autoris nomine, cum Christ. Longolii Epistolis edita est.

REINERUS, *Monachus S. Laurentii Leodiensis.* De Illustribus Viris Monasterii sui O. B. scripsisse fertur.

REINERUS BACHOFIUS, *Echtius.* Epitome Vitæ Patrum, &c. Hanoviæ, 1603. in 8.

REINER REINECCIVS, *Steinhemius in Academiá Iuliá Historiarum Professor.* Vita Gregorii Horstii. Lipsiæ, 1596. in 8.

Vita Ditmari Episcopi Marsepurgii, ejusque Chronicon, 7. libris. Francofurti, ad Mænum, 1580.

RELIGIOSI *Domûs Novitiorum Ordinis Prædicatorum Suburbiorum Lutetiæ, quæ S. Germani vocant. La Vie de D. Bartelemy des Martyrs Archevêque de Prague en Portugal, par les Religieux du Noviciat Général de l'Ordre des Fréres Prescheurs du Fauxbourg S. Germain. A Paris, chez Pierre le Petit, in 4. & in 8.* 1664.

REMALCVS FVSCHIVS, *Limburgensis, Medicus.* Illustrium aliquot Medicorum Vitæ, cum Catalogo Neotericorum Medicorum Symphoriani Campegii. Parisiis, apud Petrum Gromorsium, anno 1541. in 8.

REMIGIVS FLORENTINVS. *Vita di Francesco Guicciardini.* Venetiis, apud Giolitum, 1560. in 4.

RENATVS BOIVIN, *Andegavensis, Sculptor & Chalcotypus.* Illustrium Philosophorum, & Poëtarum XII. effigies ex antiquis, tum marmoreis, tum æneis signis ad vivum expressæ. Lutetiæ Parisiorum, 1566. in folio.

RENATVS MOREAV, *Andegavensis, Doctor Medicus Parisiensis, & Professor Regius.* In libro de Venæ Sectione, & missione sanguinis in Pleuritide, excuso Parisiis, anno 1622. in 8. apud Abrahamum Pacard, multos enumerat Medicos Græcos, Latinos, Arabas, Barbaros, & tempora quibus floruerunt.

Idem scripsit Vitam Bartholomæi Perdulcis, Jacobi Sylvii Ambiani & Gulielmi Ballonii Medicorum, & librum de Illustribus Medicis Parisiensibus pollicitus erat.

RENATVS RAPINVS, *Iesuita. Comparaison des Poëmes d'Homére & de Virgile.* Tertia Editio Parisiis, apud Claudium Barbinum, 1664. in 12.

Comparaison de Platon & d'Aristote. Ibid. apud eundem & Fr. Muguetum, 1671. in 12.

Reflexions sur la Philosophie ancienne & moderne. Ibid. apud Fr. Muguetum & Claudium Barbinum, 1676. in 12.

Reflexions sur la Poëtique de ce tems, & sur les ouvrages des Poëtes anciens & modernes. Secunda Editio. Ibid. apud Fr. Muguetum, 1675. in 12.

Discours

Discours sur la Comparaison de l'Eloquence de Demosthene & de Ciceron. Ibid. apud Thomam Joly, 1670. in 12.

La Comparaison de Platon & d'Aristote. Ibid. apud Claudium Barbinum & Franc. Muguetum, 1671. in 12.

Instruction pour l'Histoire. Ibid. apud Sebastianum Mabre-Cramoisy, 1677. in 12.

La Comparaison de Thucidide & de Tite-Live avec un jugement des défauts & des beautez de leurs ouvrages. In 12. Parisiis, apud Franciscum Muguetum, 1681.

RICARDVS de BVRY, *Dunelmensis Episcopus*, *Eduardi M. Anglorum Regis Cancellarius*. Philobyblon, sive, de amore librorum & institutione Bibliothecæ Tractatus. Spiræ, 1483. in 4. Parisiis, 1500. & Oxoniæ, apud Josephum Barnesium, anno 1599. in 4. cum Appendice de Manuscriptis Oxoniensibus.

RICARDVS JAMESIVS. De librorum conservatione. Oxoniæ, 1605.

RICHARDVS DINOTHVS, *Normannus*. Adversaria Historica in Centurias quinquagenarias, & Decurias digesta, in quibus de nonnullis Litteratis agit. Basileæ, ex officinâ Petri Pernæ, 1581.

RICHARDVS GIBBONVS, *Iesuita*. Catalogus plurimorum Scriptorum de B. V. Maria, editus, cum operibus Richardi à S. Laurentio, prodiit.

RICHARDVS SMITH, *Londinensis*. Bibliotheca Smithiana, sive, Catalogus librorum in quâvis Facultate insigniorum, quos in usum suum & Bibliothecæ ornamentum multô ære sibi comparavit Richardus Smith. Per Richard. Chisvvel Bibliopolam, in 4.

RICHARDVS SIMON, *Presbyter Congregationis Oratorii*. In libro, cui titulus, *Histoire Critique du Vieux Testament*, edito Parisiis, 1680. in 4. De Interpretibus Bibliorum, tum Protestantibus, tum Catholico-Romanis, de Judæis Grammaticis & eorum operibus, multa scitû dignissima annotavit, adjecitque ad calcem libri Catalogum præcipuarum Editionum Bibliorum, & Autorum Judæorum quos citavit.

RICHARDVS VASSEBVRGIVS, *Archidiaconus Virdunensis*,

Compendium Vitarum Pontificum, Cæsarum, &c. Parisiis, 1649. apud Stephanum Giraud.

ROBERTUS BARNES, *Nordovvicensis*, scripsit Romanorum Pontificum Vitas, excusas Wittebergæ, 1536. in 8. & cum libro J. Balei de Vitis Pontificum. Lugduni-Batavorum, 1615. in 8.

ROBERTUS BELLARMINUS, *è Montepulciano, Iesuita, Cardinalis*, De Scriptoribus Ecclesiasticis liber unus, adjectis Indicibus undecim, & brevi Chronologiâ, ab orbe condito usque ad annum 1612. primùm Coloniæ prodiit, anno illo 1612. in 8. Lugduni, in 4. anno 1613. tum in eadem urbe Coloniensi, in folio, cum Cardinalis illius operibus, apud Antonium Hieratum, anno 1620. Verùm Editio nova ab Auctore recognita & aucta, cæteris præferenda est. Lutetiæ Parisiorum, sumptibus Sebastiani Cramoisy, anno 1617. atque aliis deinceps consequentibus annis. Philippus Labbæus idem opusculum recudendum curavit, ut suô locô dictum est. Editum est quoque Lugduni, 1675. sumptibus Michaëlis Mayer, in 8.

ROBERTUS COCUS, *Anglus*. Censura Patrum. Londini, anno 1623. in 4. & in 8. anno 1614.

Ejusdem, Censura aliquot Scriptorum qui à Pontificiis sub nomine Veterum Authorum citantur. Londini, 1614. & 1623. in 4. & Helmstadii, 1655. in 8.

ROBERTUS CONSTANTINUS, *Cadomensis*. Nomenclator insignium Scriptorum, quorum libri extant, vel manuscripti, vel impressi, ex Bibliothecis Galliæ & Angliæ, Indéxque totius Bibliothecæ atque Pandectarum doctissimi atque ingeniosissimi Viri Conrardi Gesneri. Parisiis, apud Andream Wechelum, anno 1555.

ROBERTUS, *seu* RUPERTUS GAGUINUS, *Generalis Ordinis SS. Trinitatis de R. C.* In Chronico Ordinis sui agit de Illustribus qui in eo floruerunt.

ROBERTUS OBRIZIUS, *Hermopolita, Artesius*, Epitaphia Virorum Illustrium & Artesiæ Comitum. Atrebati, 1592. apud Gulielmum Riverium, in 4.

ROBERTUS RITCHE, *Anglus*, scripsit Vitam sui Fratris Edmundi Archiepiscopi Cantuariensis.

ROBERTUS STEPHANUS, *Nobili apud Novocomenses in Italia exortus familiâ, Monachus Ordinis Cisterciensis. Breve Compendio*

d'alcuni Huomini Illustri per dignità, santità, e dottrina. Mediolani, 1598. in 4.

ROBERTUS STEPHANUS, *Parisiensis, Typographus*, præter ea quæ de ejus officinæ libris quàm nitidissimè & accuratissimè excusis dictum est suprà, cùm de ejus filio Henrico Stephano ageretur; Libri in officina Roberti Stephani Typographi Regii, 1546. in 8. Item libri Venales in Bibliopoleo Roberti Stephani, tum ab Henrico Stephano Patre, tum à Simone Colinæo, ejus Vitrico excusi, in 8.

RODOLPHUS AGRICOLA, *Frisiensis*, Vita Francisci Petrarchæ ad Antonium Strophinium, Papiæ, anno 1477. scripta, legitur in Collegio Viglii Zuichemi, Lovanii.

RODOLPHUS CLENCK, *Saxo*, funebrem habuit Orationem in obitum Friderici Staphili, Osnabrugensis, Scholæ Ingolstadiensis Superintendentis. Ingolstadii, 1565.

RODOLPHUS, *vel* RADULPHUS *de* DICETO, *Londinensis Ecclesiæ ad ædem Pauli Decanus*, scripsit librum de præclaris Scriptoribus.

RODOLPHUS GOCLENIUS, *Marpurgi Philosophiæ Professor.* Oratio de Vita Socratis, impressa Marpurgi, Typis Pauli Egenolphi, 1590. in 8. cum selectis Orationibus in publicis Academiæ Marpurg. congressibus ab ejusdem Professoribus habitis.

RODOLPHUS HOSPINIANUS, *Tigurinus*, in Historiâ Sacramentariâ, Tiguri, apud Joannem Wolphium, 1598. in folio, editâ, nonnullorum Theologorum Protestantium Vitam breviter descripsit, & opera super controversiâ de Cœnâ Domini à Lutheri temporibus usque ad annum 1602. edita recensuit. Quam Historiam Auctor ante obitum recognovit, variisq; Observationibus auxit. Prodiit Genevæ, 1681. Sumpt. Samuelis De Tournes, in f.

RODOLPHUS OFFUALTER, *O. Minorum.* De Scriptoribus Ordinis sui, anno 1559. in 4. dicitur scripsisse.

RODOLPHUS *vel* RADULPHUS à RIVO, *Decanus Tongrensis*. Catalogus librorum Manuscriptorum per Belgium, Rod. à Rivo collectore, extat Duaci, in Bibliothecâ Georgii Colvenerii, teste Valerio Andreâ.

RODULPHUS TRACINTHUS, scripsit de gestis Julii II.

ROGERIUS CROLANDIENSIS, *Monachus, ac post Cœnobii*

Frisiomiensis in Angliâ Prior, septimus eorum fuisse dicitur qui Vitam scripserint Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi.

ROGERIUS, *vel* RUGERIUS TRITTONIUS, Vita Vincentii Laurei Cardinalis Montis-Regalis. Bononiæ, 1599. in 4.

ROMULUS AMASÆUS, *Bononiensis*. Oratio habita in funere Pauli III. Romani Pontificis.

DU RONDEL, scripsit Gallicè Vitam Epicuri. Parisiis, 1679.

S.

SALAZAR de MENDOÇA. *Vida de Santo Ildefonso Arcopiscopo de Toledo. En Toledo*, 1619. in 4.

SALOMON GLASSIUS, *Ienæ Theologiæ Professor*. Oratio funebris in obitum Joannis Gerardi, Theologiæ Doctoris in Academiâ Jenensi, adjecta ejus Patrologiæ de quâ suprà.

SALVATOR PONS, scripsit Vitam Raymundi de Peniafort.

SALVATOR MASSONIUS. De Illustribus Aquilanis scripsisse dicitur.

F. SALVATOR VITALIS. Theatrum triumphale Mediolanensis Urbis, ubi agit de Scriptoribus Mediolanensibus.

SAMUEL CLARKE, *Anglus*, scripsit patriô idiomate de Vitis Patrum primitivæ Ecclesiæ, modernorúmque Theologorum eorúmque persecutoribus. Londini, 1650. in 4.

SAMUEL GUICHENONUS, *Burgi Sebusianorum Advocatus*. Bressianorum, sive, Sebusianorum suorum Scriptis & doctrinâ clarorum elogia inseruit Historiæ Bressianę Gallicè scriptæ & editæ anno 1650. in folio, Lugduni, apud Huguetanum & Ravaudum. In Sabaudicâ verò excusa in eadem Urbe, duobus Tomis in folio, anno 1660. apud Gulielmum Barbier, recensuit Scriptores, qui Sabaudorum Ducum, aut Sabaudiæ attigerunt Historiam.

SAMUEL HORTINUS, contexuit Catalogum Bibliothecæ Bernensis.

SAMUEL

SAMVEL KESLERVS. Delineatio Vitæ & mortis Wolfangi Meyeri, Oratione Panegyricâ propositâ à Samuele Keslero cum Programmate, Epitaphiis & amicorum Epicediis. Basileæ.

SAMVEL MARESIVS, *Avimontanus Pastor & Theologiæ Professor in Academiâ Groningensi*, scripsit Orationem in obitum Henrici Altingi. Groningæ, in 4. Vide, *Gisbertus Voëtius* suprà.

SAMVEL MARTINIVS, *Horzovinus*. Hussi & Lutheri collatio Historica, quorum natales, educatio, officium, doctrina, virtutes, persecutio, mors denique secuta, comparantur. Pragæ, 1618. in 8.

SAMVEL RACHELIVS. Introductionis in Philosophiam Moralem Aristotelis capite sextô, agit de præcipuis doctrinæ Moralis Doctoribus; Et capite, decimo quartô, de præcipuis Commentatoribus in Ethica Aristotelis ad Nicomachum.

SAMVEL PETITVS, *Pastor, & Professor Theologiæ in Academiâ Nemausensi, doctrinâ magnus, in Linguis Orientalibus doctissimus, in Philosophia, Theologia & in omni Antiquitate Ecclesiasticâ versatissimus, teste clarissimo Salmasio.* Ἐπιτάφιος λόγος Viro Clarissimo Joanni Fauchero Collegę suo dictus. Nemausi, apud Viduam Joannis Vaguenar, 1628. in 4.

Catalogus librorum insignium, ex Bibliothecâ Samuelis Petiti, post ejus mortem vænalis. Lutetię, apud Samuelem Sorberium, anno 1645. in 4.

SANCHEZ d'AVILA, *Episcopus Placentinus*, scripsit Vitam S. Augustini, & S. Thomæ Aquinatis.

SANCTIVS CICATELLVS, *Neapolitanus, Generalis Religionis Clericorum Regularium Ministrorum infirmorum.* Scripsit Italicè Vitam Camilli de Lellis, Fundatoris supradictæ Religionis. Neapoli, apud hæredes Tarquinii Longi, 1620. in 4.

SANCTOLIVS VICTORINVS. Bibliotheca Thuano-Menartiana carmen. Parisiis, 1680. in 4.

SCÆVOLA, *seu* GAUCHERIVS SAMMARTHANVS, *Iuliodunensis*, Gallorum doctrinâ illustrium qui nostrâ patrúmque memoriâ floruerunt Elogia. Augustoriti Pictonum, anno 1602. & 1605. & Lutetiæ, apud Petrum Durand, 1616. in 8.

Extant quoque ejusdem Scævolæ & Abelii illius filii, Elogia, Vitæ, & alia opera edita in 4. Parisiis, anno 1633. apud Iac. Villery.

SCÆVOLA & LUDOVICUS SAMMARTHANUS, *Filii ejus,* scriptis consignârunt Galliam Christianam, quâ series omnium Archiepiscoporum, Episcoporum, & Abbatum Franciæ, vicinarúmque Ditionum, ab origine Ecclesiarum, ad nostra tempora deducitur. Lutetiæ Parisiorum, per Petrum Menard, 1656. 4. Vol. in folio.

SCALIGER, *Eques. La Vie du Cardinal d'Albornos, par le Chevalier de l'Escale.* Parisiis,1629. in 8.

SCHBTAIBEN JOSEPH RABBI. Bibliotheca librorum Rabbinicorum, in libro, cui titulus, *Labia dormientium,* Amstelodami, 1683. in 4.

SCIPIO AQUILANUS. De placitis Philosophorum, qui floruerunt ante Aristotelem. Venetiis,1587. in 4.

SCIPIO BARGAGLI, scripsit Orationem funebrem in obitum Alexandri Picolominæi Senensis, in Academiâ Patavînâ Philosophiæ Professoris.

SCIPIO GENTILIS, *I. C. Norimbergæ Iurisprudentiæ Professor,* Oratio in obitum Hieronymi Baumgartneri. Norimbergæ, apud Kaufmannum, 1603. in 4.

Ejusdem, Oratio habita in funere Hugonis Donelli, Cabillonensis J. C. in Academiâ Noricâ Altorphii Professoris. Altorphii, 1591. in 4. & cum operibus Posthumis ejusdem Donelli. Hanoviæ, Typis Wechelianis, 1604. in 8.

SCIPIO MAZELLA, *Neapolitanus. Descrittione del Regno di Napoli, nella quale s'ha piena contezza, così del sito d'esso, de' nomi delle Provincie antiche e moderne, de' popoli, della qualità de' Paesi, e degl' Huomini famosi che l'hanno illustrato,* &c. *In Napoli, ad instanza di Giov. Battista Cappello,* 1601. in 4.

SCIPIO SGAMBATUS, *Iesuita, Neapolitanus.* Oratio funebris habita in exequiis Cardinalis Clesellii. Viennæ, in 12.

Ragguaglio della Vita di S. Francesco Borgia. Neapoli, apud Lazarum Scorrigium, 1624. in 8. & ibidem, per Novellum de Bonis, 1671. in 8.

Elogium Ignatio Loyolæ, Italicè. Neapoli, in expanso folio, apud Lazarum Scorrigium, 1630. Eodem Idiomate, Elogium Francisco Xaverio. Ibidem, eodem anno, & Elogium Josephi Anchietæ Jesuitæ, Ibidem, 1631.

SCIPIO

SCIPIO TETTIUS, *Neapolitanus.* Tractatus de Apollodoris Bibliothecæ de Diis Gentium Apollodori Grammatici, Romæ primùm, tum in Commelianâ officinâ, (ut suô locô dictum est) excusæ, præfixus habetur.

Ejusdem, librorum Manuscriptorum Catalogum ex præcipuis Romæ atque Italiæ Bibliothecis collectum, exhibuit Ph. Labbe inter supplementa speciminis antiquarum Lectionum, seu Novæ Bibliothecæ Manuscriptorum librorum, anno 1655. in 4. editę.

Bibliotheca Scholastica instructissima Latinè, Gallicè, Italicè, Hispanicè, Anglicè, & Græcè. Londini, apud Joannem Billium, in 8. anno 1618.

SEBASTIANUS BARRETARIUS, *Florentinus*, *Iesuita*, Vita Josephi Anchietæ Jesuitæ. Lugduni, 1617. in 8. apud Horatium Cardon, & Coloniæ, apud Kinckium, in 12.

SEBASTIANUS BONADIUS. *Vita di S. Girolamo Dottor massimo della Chiesa. In Rimino.* 1551. in 4.

SEBASTIANUS BRANT, *aliis* TITIO, *Argentinensis utriusque Iuris Professor*, in litteras retulit Vitam S. Bernardi.

Idem edidit Basileæ, 1505. apud Michaelem Furter, Juris Civilis & Canonici titulorum expositiones, cum libello Joannis Baptistæ Caccialupi de modo studendi in utroque Jure, & nominibus Scriptorum in Jure.

SEBASTIANUS CRAMOISY, *Bibliopola Parisiensis*, Bibliographia Cramoisiana, sive, Catalogus librorum, quos Sebastianus Cramoisy, ab anno 1654. ubi desiit Bibliographia Gallica universalis, usque ad annum 1659. excudit. Parisiis, in 4.

SEBASTIANUS FLAMINIUS, *Forocornoliensis, Artium Professor*, Edidit Vitam B. Ambrosii Senensis, Ordinis Prædicatorum, quam habes inter Vitas Illustrium Dominicanorum à Leandro Alberto Bononiæ publicatas, anno 1517.

SEBASTIANUS GONZALES, *Lusitanus*, *Iesuita*, Historia Virorum Illustrium qui in Religiosis per Indiam Orientalem familiis, Vitæ sanctimoniâ & litteris floruerunt, & eorum potissimùm, qui Societatem Jesu Martyrii Laureâ coronàrunt.

SEBASTIANUS MEDICES, O. P. Summa omnium Hæresium, & Catalogus Schismaticorum, Hæreticorum, & Idololatrarum.

SEBASTIANVS MEJER, *Lubecensis Ecclesiæ Rector.* Oratio funebris de Vitâ Nicolai Hunnii Theologi, & Ecclesiarum Lubecensium Superintendentis.

SEBASTIANUS de la PARRA, *Ordinis Cisterciensis, Abbas Cænobii Caracetensis.* Vita S. Teresæ à Jesu Fundatricis Carmelitanarum discalceatarum. Salmanticæ, in 8. 1609. & ibidem, in 4. anno 1610.

SEBASTIANUS ROUILLARD, *Melodunensis, Advocatus Parisiensis.* In Historiâ Meloduni Gallicè scripta, & editâ Parisiis, apud Jacobum Guinardum, 1628. in 4. Vitam Petri Abelardi, & Jacobi Amioti Episcopi Antissiodorensis contexuit.

SEBASTIANUS SAPIA, *Genuensis.* Oratio in funere Jasonis Mainii. Ticini, 1519.

SEBASTIANUS TENGNAGEL. Vita Anselmi Episcopi Lucensis. Ingolstad. 1612.

SECUNDUS GUASCI, Collegit Elogia in Academiâ Paladinorum. Astæ, anno 1631. in 4.

SERAPHINUS RAZZIUS, *sive de* RAZZIS O. P. Historia SS. & Virorum Illustrium Ordinis Prædicatorum, Italicè. Lucę, apud Busdragum, 1596. in 8.

Alfonsus Fernandes asserit eum scripsisse de Fratribus Romanæ Provinciæ, sanctitate, litteris, vel dignitate conspicuis, de S. Catharinâ Senensi, de Vitâ Ioannis Tauleri, & plura alia.

SEVERINUS BINIUS. *Canonicus Coloniensis.* Vitæ Romanorum Pontificum à S. Petro usque ad Paulum V. Extant in Tomis Conciliorum Coloniæ & Parisiis, 1636.. Typis Caroli Morelli editis.

SEVERUS de NEAPOLI. Vide verbô, *Nicolaus Riccius.*

SEVERUS TRAFAGLIO, *Neapolitanus, Cartusianus.* De Viris Illustribus Cartusiensis Ordinis libellus, collectus ex variis monumentis, primùm à Nicolao Riccio de Tabernâ professo Cartusiæ S. Stephani de Bosco.

Chronicon omnium Priorum & de eorundem gestis Cartusię S. Martini.

Vita Venerabilis P. D. Bernardi Syndgravii, & Joannis Angeli de Spenis. Omnia hæc opera MSS. asservantur Neapoli in Monasterio S. Martini.

SIBÆUS

SIBEUS OLPHENIUS, edidit Osnaburgi, de obitu clarorum Virorum librum.

SICARDUS, *Cremonensis Episcopus*, scripsit Historiam Pontificum.

SIGEBERTUS GEMBLACENSIS, *in Belgio Monachus*, *O. B.* Liber de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, de quo ipse post alia ingenii sui monumenta, sic loquitur; Hieronymum etiam imitatus & Gennadium, Scripsi ultimum hunc libellum de Illustribus Viris, quantum notitiâ investigationis meæ exquirere potui. Excusus fuit tum seorsim, tum cum aliis ejusdem argumenti opusculis, à Suffrido Petri, anno 1580. Coloniæ, tum Antuerpiç in Bibliothecâ Ecclesiasticâ Auberti Miræi, anno 1639.

Idem Sigebertus suum ipsemet scripsit Elogium, capite 171. ejusdem libri de Viris Illustribus.

SIGEFRIDUS RYBISCH, *aliquot Imperatorum Consiliarius*, ejus sumptû ac studiô incisa sunt in æs monumenta toto terrarum orbe Clarorum doctrinâ Virorum. Francofurti, apud Rullandios, 1619. in folio.

Ejusdem, studio & sumptibus, operâ verò Tobiæ Fendtii Pictoris Uratislaviensis, edita sunt Monumenta Ultrajectina Virorum Illustrium, aucta Monumentis in Agro Trajectino repertis, in folio. Trajecti ad Rhenum, 1671. sumptibus Gysberti Zyl Bibliopolæ.

SILLEBERTUS, *titulô, seu cognomine dictus*, *Universalis*, ad Henrici Gandavensis libellum de Scriptoribus nonnullos adjunxit.

SILVANUS RADIUS MANARDUS, *Florentinus*, *Monachus Camaldulensis*, scripsit Vitas Sanctorum Patrum, & Beatorum Etruriæ, & plurium Illustrium Pictorum, quæ sub nomine Georgii Vasarii tribus Tomis fuerunt excusæ. Florentiæ, anno 1568.

SILVANUS RAZZI. *Vita di Benedetto Varchi.*

SYLVESTER MAUROLYCUS. De Scriptoribus Cisterciensis Ordinis disseruit in mari Oceano.

Ejusdem, prodiit Messanç in Siciliâ, *Historia Sacra di tutte le Religioni del Mondo*, in folio.

SILVESTER PETRA SANCTA, *Romanus*; *Iesuita.* Vitam

Oo 2 Roberti

Roberti Bellarmini Cardinalis ex Italico Iacobi Fuligati Latinè expressam edidit, cum aliquo Auctario. Leodii, Typis Joannis Ouvverk, 1626. in 4. & correctiùs, Antuerpiæ, ex officinâ Plantinianâ Balthazaris Moretti, 1631. in 8.

SIMON ANTONIUS BAPTISTA, *è Castro Minervæ in Calabriâ, Medicinæ Doctor. La gramaglia lagrimosa per la morte di Sebastiano Bartolo suo Maëstro, continente Epicedio, & Sonnetti*, 1676. *presso Novello de Bonis*, in 4.

Idem parat Editioni Vitam Senecæ Philosophi.

SIMON COLINÆUS, *Typographus Parisiensis*. De Catalogo librorum ab eo editorum. Vide suprà, verbô, *Robertus Stephanus*.

SIMON GOULARTIUS, *Theologus Genevensis*, auxit Catalogum Testium veritatis Matthiæ Flaccii Illyrici.

SIMON GRUNÆUS, *Ligius, Templi Mariani in Patriâ Pastor.* Basiliensium Monumentorum antigrapho, & Monumentorum Silesiæ pericula vulgavit Lignicii, 1602. pollicitus omnium Silesiæ Epigrapharum, quæ nonnullius saltem momenti esse putantur, editionem.

Ejusdem, Concio in funere Andreæ Baudisii Theologiæ Doctoris, & Pastoris in Ducatu Lignicensi, & Wolaviensi.

SIMON GRYNÆUS, *Feringus Suevus, Philosophus, & Theologus Basiliensis*, scripsit de Vitâ, & obitu Joannis Oecolampadii.

SIMON MAGNUS RAMLOTÆUS, *Condrusius, I. V. D. Sacerdos & Canonicus Leodii in D. Petri.* Vita Martini ab Aspilcueta Doctoris Navarri, etiam tunc adhuc in vivis. Romæ edita, & Coloniæ, cum operibus Navarri, 1616. verùm Navarrus, teste Valerio Andreâ, Epistolâ editâ scripsit Simoni, sibi eam Vitam displicuisse.

SIMON MARICIUS, *Pilnensis Polonus, vel ut aliis, Bohemus:* De Scholis, seu Academiis, libri duo, excusi Cracoviæ, apud Hieronymum Scaffengergum, anno 1551. in 8.

SIMON METAPHRASTES, *Imperatoribus à Secretis (secundùm Vossium) ac deinde Logotheta*, scripsit Græcè Vitas Sanctorum, quæ extant in Bibliothecâ Vaticanâ, Bavaricâ, Augustanâ & aliis. Græcè verò nondum à quoquam sunt editæ, sed in Linguam Latinam conversæ sunt partim à Gentiano Herveto, partim à Gulielmo Sirleto Cardinali, partim etiam à Francisco

cisco Zeno Veronensi. Habes eas apud Aloysium Lipomannum, & apud Laurentium Surium. Sed plurima in iis fabulosè sc[illegible]ta sunt. Vitæ autem S. Joannis & S. Lucæ Græcè & Latinè editæ sunt Oxonii, per Richardum Brett. 1597. in 8. Vita, conversio, & Martyrium Dionysii Areopagitæ Græcè & Latinè per Petrum Lansselium. Parisiis, 1615. & Græcè & Latinè per B. Corderium, Antuerpiæ, 1633. Vita Athanasii Græcè & Latinè, per Jo. Lampadium. Parisiis, 1627.

SIMON OGERIUS, *Audomaropolitanus*, *I.C.* Encomia quibus homines laude & honore digni, dignis honestantur laudibus. Duaci, 1597. in 8. Item variis carminum generibus ornavit Viros aliquot eruditos, atque, inter cætera, edidit Epitaphia.

SIMON PAULI, *Bibliopola Argentoratensis.* Catalogus quorundam venalium librorum in Bibliopolio Argentinensi Simonis Pauli, in 8.

Dispositio librorum Theologicorum secundùm Auctorum cognomina in usum Philobiblorum congesta à Simone Pauli, in 4.

Ejusdem, Bibliotheca Juridica, in quâ Auctorum qui in Iure civili, Canonico, & publico, ad nostram ætatem usque claruerunt, nomina & monumenta comprehenduntur, in 8.

Bibliotheca Medica, in quâ Auctorum qui in Medicinâ Empiricâ, Dogmaticâ, & Chymicâ, ad nostram usque ætatem claruerunt, nomina & monumenta comprehenduntur, in 8.

Dispositio librorum Historico-Geographico-Politico-Philosophicorum & reliquarum humanarum Artium, secundùm Auctorum cognomina, in 4.

Historia Litteraria, sive dispositio librorum omnium Facultatum ac Artium secundùm materias, in usum Philobiblorum congesta. Argentorati, 1671. in 8.

SIMO SIMONIDES. Poëmata aurea cum Antiquitate comparanda edita ex Bibliothecâ Joachimi Morsii. Accedit Vita & obitus Magni Joannis Samoschi Patroni Simonidis. Lugduni-Batavorum, 1619. in 8.

SIMON de SPIRITU Sancto, *Carmelitanus excalceatus*, *Neapolitanus*, transtulit in Linguam Italicam Vitam Ludovici de Jesu ejusdem Ordinis, compositam à Francisco de Cruce, Hispanicè.

Neapoli, apud Hiacinthum Passarum, 1675.

SIMON STENIUS, *Lomacensis, Pædagogii Heidelbergensis Professor.* Orationes quatuor funebres. 1. In funere Pauli Melissi Schedii Poëtæ celeberrimi. 2. In obitum Gasparis Peuceri Budissini Lusatii Archiatri Anhaltini. 3. In obitum Danielis Tossani Professoris Theologiæ in Academiâ Heidelbergensi. 4. In funere Quirini Reuteri in eadem Academiâ Theologiæ Professoris.

SIMON STRAROVOLSCIUS, *Primicerius Tarnoviensis.* Scriptorum aliquot Polonicorum ἑκατοντὰς, seu centum Illustrium Poloniæ Scriptorum Elogia, & Vitæ. Francofurti, sumptibus Jacobi de Zetter, 1625. in 4. & Venetiis, apud Damianum Zenarium, 1627. in 4.

Ejusdem, de Claris Oratoribus Sarmatiæ. Florentię, 1628. in 4.

SIMON WANGRERECKIUS. In prolegomenis ad pietatem Marianam Græcorum, in quinque Centurias distributam, multa habet de Scriptoribus Græcis, quorum testimoniis utitur. Monachii, 1647. in 12. apud Jo. Wagnerum.

SIMPLICIANUS à S. MARTINO, *Ordinis Augustiniani Professor in Academiâ Tolosanâ.* Vitæ SS. Augustini, Fulgentii, & aliorum tam Virorum, quàm Fœminarum Illustrium ejusdem Ordinis. Tolosæ, 1641. in folio, apud Arnoldum Colomerium.

La Vie de S. Thomas de Villeneuve, dit l'Aumônier, de l'Ordre des Hermites de S. Augustin, Archevêque de Valence, recueillie par le P. Simplician S. Martin. A Tolose, chez Jean Boude, 1659. in 8.

SIMPLICIANUS GODY, *Ordinis Benedictini.* Elogia Illustrium Virorum Ordinis sui. Parisiis, apud P. de Breche, in 24.

SIXTUS, *Senensis, Ordinis Prædicatorum,* Bibliotheca Sancta, ex præcipuis Ecclesię Auctoribus collecta, & in octo libros digesta, ab Auctore ante obitum recognita & aucta; adjectâ etiam Tabulâ Chronographicâ secundùm collationem temporum, (post editionem Venetam, anno 1556. apud Franciscum Franciscium Francofurdiensem, in folio, apud Nicolaum Basseum, anno 1575. Coloniensem, 1576. in folio, apud Maternum Cholinum. Et Venetam, in 4. anni 1580. Coloniensem, anno 1586.) a Joanne Hayo Scoto Jesuita expurgata, aucta, & Scholiis illustrata, prodiit tum alibi, tum Lugdunis, anni 1591. & 1592. sumptibus

Sibyllæ

Sibyllæ à Porta, atque (ut cæteras quoque impressiones prætermittam) Parisiis, in folio, anno 1610. apud Sebastianum Cramoisy.

SODALITIUM litterarum Rhenanum scripsit libellum de Vita Conrardi Celtis Protucii, præmissum odis ejus Argentorati 1513. excusis.

SOPHRONIUS, scripsit Græcè Vitam Hilarionis Monachi, & in eandem Linguam transtulit librum Hieronymi de Illustribus Scriptoribus.

SORANUS, *Ephesius.* Vita Hippocratis, quæ extat tum Græcè, tum Latinè, passim cum operibus Hippocratis. Scripsit quoque de Vitis & Sectis Medicorum, librum qui non extat.

SPERON SPERONE, *Patavii in vernaculâ Linguâ Philosophiæ Professor. Oratione in morte del Cardinal Pietro Bembo. In Venetia,* 1596. *appresso Roberto Majetti,* in 4.

STANISLAUS LUBIENIECIUS, *de Lubienietz.* Epistola continens Historiam Vitæ & mortis Jonæ Slichtingii Sociniani, Equitis Poloni, præfixa operibus ejusdem Slichtingii, editis Irenopoli, 1656. in folio, cum operibus reliquorum Socinianorum.

STANISLAUS RESCIUS, *Polonus.* Stanislai Hosii Cardinalis Vita. Romæ, 1587. in 8.

STEPHANUS AMBROSIUS SCHIAPPALARIA. *Vita di C. Iulio Cesare.* Veronæ, 1600. & Anversę, 1578. in 4.

STEPHANUS BALUSIUS, *Tutelensis,* De Vitâ Petri Marcæ Archiepiscopi Tolosani Epistola ad Sam. Sorberium, 1663. Parisiis, in 8. Eadem legitur in limine libri Petri Marcæ cui titulus, Dissertatio de Concordiâ Sacerdotii & Imperii. Parisiis, apud Franciscum Muguet, 1663. in folio.

STEPHANUS BINETUS, *Divionensis, Iesuita,* Edidit Gallicè S. Ignatii, Francisci Xaverii, Aloysii Gonzagæ, & Stanislai Koskę, Vitas. Parisiis, apud Sebastianum Chapelet, 1622. & S. Dionysii Areopagitæ Vitam, Ibidem, 1624.

Ejusdem, *Abrégé des Vies des principaux Fondateurs des Religions de l'Eglise, &c. le tout enrichi de figures en taille douce.* A Anvers, 1634. in 4. & sine Iconibus, in 8. apud P. de Breche, 1636. in 8.

STEPHANUS COLETUS, *Interamniensis in Aprutio,* traduxit in Linguam Italicam Vitam B. Berardi Episcopi Aprutini, cum Cata-

Catalogo Episcoporum ejusdem Civitatis. Asculi, apud Maffeum Salvionum, 1638. in 8.

STEPHANVS COSMVS, *Præpositus Generalis Clericorum Regularium Congregationis Somascæ. Memorie della Vita di Giovanni Francesco Morosini Cardinale, e Vescovo di Brescia.* Venetiis, 1677. in 4.

STEPHANVS, *Diaconus S. Cæsarii Arelatensis*, est unus ex Auctoribus qui ejus Vitam, quæ extat in Chronico Lirinensi Vincentii Baralis, conscripserunt.

STEPHANVS LANGTON, *Anglus, titulò S. Chrysogoni Cardinalis, Archiepiscopus Cantuariensis*, scripsit Vitam S. Thomæ Cantuariensis.

STEPHANVS LVSIGNANVS, *O. P. ex Regum Cypriorum prosapiâ.* Catalogus Virorum Illustrium Veteris ac Novi Testamenti, &c. in 8. Parisiis, anno 1582. apud Gulielmum Nigrum.

STEPHANVS PASCHASIVS, *Parisiensis Advocatus.* Icones. Parisiis, 1585. in 8. apud Ægidium Beysium. Idem in libris Epigrammatum de Viris eruditis nonnulla refert ad nostrum institutum spectantia, quemadmodum & in libro, cui titulus, *Recherches de la France.*

STEPHANVS de PATERNINA, *Iesuita*, transtulit Hispanicè, variatis nonnullis, Vitam P. Josephi Anchietæ Societatis Jesu, 1618. in 8.

STEPHANVS PRÆTORIVS. Catalogus Historicorum. Witebergæ, anno 1597. in 8.

STEPHANVS SENENSIS, *Monachus Cartusianus.* Vita Catharinæ Senensis, cujus fuerat amanuensis.

STEPHANVS TVCCIVS, *Iesuita, Siculus*, Oratio in exequiis Gregorii XIII. Parisiis, 1585. apud Morellum, in 8. & alibi sæpiùs.

STEPHANVS de VILLA. *Libro de las Vidas de doze Principes de la Medicina y de su Origen per Fray Estevan de Villa.* Burgis in Veteri-Castella, 1647. in 8.

SVESTANTIANVS, *Monachus S. Benedicti*, Vitam Hieronymi Stridonensis conscripsit, teste Petro Diacono, in libro de Viris Illustribus Monasterii Cassinensis.

SVETONIVS TRANQVILLVS, *Magister Epistolarum Hadriani Imperatoris*, scripsit Vitas Illustrium Grammaticorum & Rhetorum,

torum, nec-non Vitam Terentii, quæ Donato tribuitur. Item Vitam Horatii & Lucani, tum illam Persii, quæ Veteribus glossis præfigitur. Vita autem Plinii Veronensis, quæ Suetonii nomen præfert, non est genuina, judice doctissimo Vossio, quem vide lib. I. De Historicis Latinis. cap. 31.

SUFFRIDIUS PETRI, *Leovardiensis*, *Frisius I. V. D.* Prodierunt illius operâ ac studiô de Illustribus Ecclesiæ Scriptoribus Auctores præcipui. I. D. Hieronymus Stridonensis. II. Gennadius Massiliensis. III. Isidorus Hispalensis. IV. Honorius Augustodunensis. V. Sigebertus Gemblacensis. VI. Henricus de Gandavo. Partim anteà excusi, partim tunc demum in lucem editi, omnes autem in congruum ordinem redacti, & perpetuâ Chronologiâ illustrati, nec-non Veterum Codicum, tum excusorum, tum manuscriptorum collatione, ab infinitis mendis repurgati, & Annotationibus commendati.

Ejusdem, de Scriptoribus & Illustribus Frisiæ Viris, Decades XVI. & semis. Coloniæ, apud Henricum Falkembourg, anno 1595. in 8. Quô librô (inquit Valerius Andreas) plerosque fictitios Frisiæ Scriptores, credo è malæ fidei Annalibus Frisicis, commemorat.

SUIDAS. In ejus Collectaneis plurima habentur de Vitis tum aliorum Virorum doctorum, tum Philosophorum.

SULPITIUS SEVERUS. De Beati Martini Vitâ liber. Lugduni-Batavorum, 1654. in 8. cum aliis ejus operibus illustratis Commentariis à Georgio Hornio.

SULPITIUS VERULANUS, Litteris mandavit Lucani Vitam.

SYLVIUS CONRADUS, *Picenus*. De Latinę Historiæ Scriptoribus Judicium, cui Augustinus Martinellus Clericus Porcianus, Collectanea quædam ad Historiam conscribendam adjunxit. Romæ, apud Grignanum. 1639. in 24.

SYMPHORIANUS CAMPEGIUS, *seu* CHAMPERIUS, *Lugdunensis Medicus, & Principis Lotharingorum Antonii Archiater.* Liber de Claris Scriptoribus Medicinæ Veteribus, & recentioribus. Lugduni, apud Tressellium, anno 1531. in 8. Sunt & qui addant libros de Illustribus Galliæ Viris, & de Claris Lugdunensibus, quos non vidi.

Ejuſdem, libellus de Legum Divinarum Conditoribus, & de Evangelicæ, Chriſtianæque Religionis ex Scriptis Gentilium, Poëtarum, & Philoſophorum, validiſſimis argumentis demonſtratio, & ſymphonia Galeni ad Hippocratem, &c. Item de Dialecticâ, Rhetoricâ, Geometriâ, Arithmeticâ, Aſtronomiâ, Muſicâ, Philoſophiâ naturali, Medicinâ, Theologiâ, nec-non de Legibus, Politicâ & Ethicâ. Baſileæ, apud Henricum Petri, anno 1507. Eadem quoque Lugduni, in 8. cum pluribus aliis prodierant, jam ab anno 1506.

De Summis Galliarum Pontificibus qui tum in Italia, tum in Galliâ reſederunt, liber. Extat ad *calcem libri* De quadruplici Vitâ. Lugduni, 1507. in folio editi.

Vita Joannis Meſuæ, cum hujuſdem Operibus. Lugduni, apud Giuntam, 1523. in 8.

Vita Arnoldi de Villanova. Extat cum hujuſdem Operibus. Lugduni, apud Gulielmum Huyon, 1520. in folio.

T.

TANAQUILLUS FABER, *Vir Græcè Latinéque doctiſſimus; & Criticus peritiſſimus. Abrégé des Vies des Poëtes Grecs. A Saumur, in* 12. 1665. *pour Daniel de Lerpiniére, & Iean Leſnier.*

TARQUINIUS GALLUTIUS, *Sabinus, Ieſuita.* Oratio in funere Cardinalis Roberti Bellarmini, habita Romæ, ibidem edita, Typis Alexandri Zannetti, 1621. in 4.

Ejuſdem, Oratio in funere Arnaldi Cardinalis Oſſati Epiſcopi Bajocenſis, habita Romæ, 15. Kal. Aprilis 1604. præmiſſa litteris Gallicis ejuſdem Cardinalis. Pariſiis, apud Joſephum Bouillerot, 1627. in folio.

TARRÆUS HEBIUS. De Vitâ, moribus, rebus geſtis, divinitate Gaſparis Scioppii Apoſtatæ, Satyricon. Hanoviæ, 1612. in 12. Autor hujus Satyræ (teſte Vincentio Placcio de Scriptis Anonymis) eſt Gaſpar Barthius, qui ſub hoc fictitio nomine latêre voluit.

Ejuſdem,

Ejusdem, *Scioppius Excellens*, in laudem ejus & Sociorum, pro Josepho Scaligero, & omnibus probis, Epigrammatum libri tres, ex triginta totis hinc inde collecti. Ibidem.

TERENTIVS ALCIATVS, *Romanus*, *Iesuita*, edidit Italicè sub nomine Erminii Taciti Vitam Petri Fabri, primi Sociorum Ignatii Loiolæ, ex Latinè scriptâ à Nicolao Orlandino. Romę, apud hæredem Bartholomæi Zannetti, 1629. in 8. cum aliis ejusdem argumenti.

THADDÆVS DONNOLLA, *I. C.* edidit de patriâ S. Aurelii Propertii Dissertationem. Fulginiæ, apud Augustinum Alterium, 1629. in 4.

THALAMON. Templum Illustrium Virorum ac Mulierum Gallicô idiomate scripsisse dicitur, impressum in 8. anno 1538.

THEODORICVS, *S. Albani Monachus apud Moguntiam, Ordinis Benedictini*, de Vitâ, & miraculis S. Benedicti, & de translatione ejus in Galliam scripsit.

THEODORICVS de APOLDIA *vel* PODIVS, *Erfordiensis, Ordinis Prædicatorum*, litteris consignavit Vitam S. Dominici Gusmanni Fundatoris ejusdem Ordinis.

THEODORICVS à NIEM, *Episcopus Verdensis*, De rebus gestis Joannis XXIII. Pont. Rom. liber. Francofurti ad Mænum, 1620. apud Rulandios, in folio.

THEODORITVS, *seu* THEODORETVS, *Episcopus Cyri*, scripsit Vitas Patrum.

THEODORVS BEZA, *Vezelius*, *Pastor.*, *& Professor Theologiæ in Academiâ Genevensi.* Icones, id est, Veræ imagines Virorum doctrinâ simul, & pietate Illustrium, quorum præcipuè Ministeriô partim bonarum litterarum studia sunt restituta, partim Vera Religio in variis Orbis Christiani Regionibus, nostrâ Patrumque memoriâ, fuit instaurata, additis eorundem Vitæ & operum descriptionibus; quibus adjectæ sunt nonnullæ picturæ, quæ Emblemata vocant. Genevæ, apud Joannem Laonium, 1580. in 4. Eædem Gallicè ab eodem editę sunt anno 1581. eâdemque formâ.

Iisdem Iconibus oppositus est ab Anonymo liber, cui titulus. *Les véritables Eloges, ou contr' Images de Théodore de Bèze, fidèlement recueillies de la pure Vérité des Histoires, par C. P. V. I.* 1624. in 12.

Idem Beza scripsit Gallicè, & Latinè, Vitam Joannis Calvini, cui adjecit Catalogum ejus operum.

Litteris quoque mandavit brevem totius Vitæ suæ narrationem, præfixam Confessioni Christianæ à se compositæ, & editæ Genevæ, apud Eustathium Vignon, 1582. & cum Tractatibus ejus Theologicis, in folio.

THEODORVS BIBLIANDER, *Helvetius.* Joannis Oecolampadii & Huldrici Zvinglii Vita, & obitus. Basileæ, 1536. in folio.

Ejusdem, Vita S. Petri Apostoli. Basileæ, 1550. in 8. & Vita S. Marci Evangelistę. Ibidem, 1552. in 8.

Vita Mahometi Pseudoprophetæ, & Alcoranus Latinè per Th. Bibliandrum, 1550.

THEODORVS EBERTVS, *Professor Academiæ Francofurtensis ad Oderam.* Elogia Jurisconsultorum, & Politicorum centum Illustrium, qui in Germaniâ, Galliâ, Hispaniâ, alibíque, Linguam Hebraïcam aliásque ejus propagines Orientales propagârunt, auxerunt & promoverunt. Lipsię, apud Gothofridum Gros, 1629. in 8.

THEODORVS GALLÆVS, *Philippi filius.* Duodecim Cardinalium pietate, & doctrinâ Illustrium imagines, & Elogia evulgavit.

THEODORVS HOPINK. Panegyricus Hermanno Vultejo J. C. celeberrimo, Marpurgensi Professori primario dictus à Theod. Hopink 3. Kal. Maii, 1634. Marpurgi, in 4.

THEODORVS JANSSONIVS, scripsit de Vitis Stephanorum illustrium Typographorum, in 8.

THEODORVS de JUGES, in Prolegomenis præmissis Petronii Arbitri Satyrico, egit de Petronii Vitâ & de Interpretibus, qui ejus Satyricon Commentariis, vel Notis illustrârunt. Apud Joannem Mercerium, 1619. in 4.

THEODORVS LOEHERIVS, *Brabantus*, *Cartusianus*, scripsit Vitam Dionysii Rickelii, dicti Cartusiani, impressam apud Gasparem Gennepæum, 1532.

THEODORVS PETREIVS, *Campensis Transisalanus Cartusianus.* Bibliotheca Cartusiana, sive Illustrium Sacri Cartusiensis Ordinis Scriptorum Catalogus. Coloniæ, apud Antonium Hieratum,

ratum, in 8. anno 1609. Annô autem præcedenti Chronicon Cartusiense Petri Dorlandi notis illustratum ediderat, in eadem Urbe, & formâ, Typis Cholini.

Ejusdem, Catalogus Hæreticorum. Coloniæ, in 4. Typis Petri à Brachel, anno 1629.

Idem S. Brunonis Cartusianorum Patriarchæ opera omnia in lucem emisit, iisque præmisit ejusdem Brunonis Vitam. Coloniæ, Typis Bern. Gualteri, 1610. Vide etiam suprà, verbô, *Arnoldus Bostius*.

THEODORUS REINKINGTS, *I. V. D. Professor & Consiliarius Darmstattinus.* Oratio Parentalis in excessu Gotofridi Antonii J. C. in Academiâ Giessanâ Professoris primarii. Giessæ, 1618. in 4.

THEODORUS THUMMIUS, *Theologiæ Doctor & Professor in Academiâ Tubingensi.* Oratio de Vitâ Jacobi Hailbronneri, Theologiæ Doctoris.

THEODORUS VALLE O. P. *Breve Compendio de gli più illustri Padri nella Santità della Vita, dignità, offici, e lettere, ch'à prodotto la Provincia del Regno di Napoli, dell' Ordine de' Predicatori.* Neapoli, 1651. in 4. Vide, *Dionysius de Ocillis*.

THEODORUS ZUINGERUS, *Medicinæ Doctor & Professor Basileensis.* Magnam famam (ut ait illustrissimus Thuanus) sibi conciliavit ingenti opere, cui, *Vitæ Humanæ Theatro*, titulum fecit, edito primùm in folio, anno 1565. Posteà verò plus Myriade exemplorum auctum & ab Auctore recognitum, anno 1571. ex officinâ Frobenianâ tribus Tomis, & Basileæ, per Sebastianum Henric-Petri, anno 1604. In eo multa continentur ad Grammaticos, Rhetores, Poëtas, Philosophósque spectantia, quæ pluribus auxit Laurentius Beyerlinck. Eadem autem omnia accepta referri debent Conrado Lycostheni qui Theatrum illud primus adornavit. Alii auxerunt.

Idem Zvingerus, Atheniensis, Parisiensis, Bononiensis, Patavinæ Academiarum celebres doctos Viros breviter recenset in Methodo Apodemicâ, Basileæ, apud Eusebium Episcopium, in 4. editâ.

THEOPHILUS BANOSIUS. De Vitâ Petri Rami Professoris Regii in Academiâ Parisiensi. Francofurti, 1579. in 8. & cum

mentario ejusdem Rami de Religione Christianâ. Ibidem, 1583. in 8.

THEOPHILUS RAYNALDUS, *Cespitellensis, Iesuita*. Bibliotheca nova Homiliarum ex Anagnoste compendió exhibita, signatis dumtaxat selectis Homiliis, carúmque Auctoribus, cum *Mariali*, seu Panegyricis SS. Patrum de Beatâ Virgine, & omnibus ejus Festivitatibus. Lugduni, in 12. anno 1655. ac deinde in folio, anno 1663. in Miscellâ Philologicâ variorum opusculorum, apud Antonium Molin prodiit Anagnostes ad Ecclesiasticam mensam, instructus syllabo lectionum, ex Patribus in singula totius anni festa primaria, atque Dominicas, &c.

Erotemata de malis ac bonis libris, déque justâ aut injustâ eorum confixione. Lugduni, sumptibus Jo. Antonii Huguetan, & Marci Antonii Ravaud, 1653. in 4.

Conspectus Scriptorum Theophili Raynaudi, ordine temporis quô sunt exarata, in 4. tum alius servatô materiarum ordine, in folio patenti, anno 1660. publicatus.

Ejusdem autem omnia opera, in octodecim Tomos digesta, in lucem prodierunt. Lugduni, apud Antonium Molin, in folio.

Ex iis ad nostrum institutum spectare videntur præter jam observata. 1. Indiculus SS. Lugdunensium. 2. Natale S. Ambrosii solum. 3. S. Joannes Theophilus, ubi de Theophilis pluribus agitur. 4. Syntaxis operum S. Anselmi, 5. Syntagma de libris propriis.

THEOPHILUS SPIZELIUS, *Augustanus*, Sacra Bibliothecarum Illustrium arcana retecta, sive MSS. Theologicorum in præcipuis Europæ Bibliothecis extantium designatio, cum præliminari dissertatione, specimine novæ Bibliothecæ universalis, & coronide Philologicâ. Augustæ Vindelicorum, apud Gottieb. Goebelium, Typis Prætorianis, 1668. in 8.

Ejusdem, *Felix Litteratus*, ex infelicium periculis, & casibus, sive de vitiis Litteratorum commonefactiones Historico-Theosophicæ, quibus infœlicium ex animo, hoc est, Vitiosorum Literatorum calamitates, & miseriæ, conquisitis exemplis, & documentis selectioribus exponuntur, &c. Augustæ Vindelicorum, apud Theophilum Goebelium, anno 1676. in 8.

Infelix Literatus, &c. sive de Vitâ, & moribus Literatorum commone-

monefactiones novæ Historico-Theosophicæ, quibus Mysterium infelicitatis literariæ, extremáque vitiorum doctos homines infamantium pernicies, expressiùs detegitur, prætermissa in opere anteriori exempla & documenta exhibentur, &c. Ibidem, apud eundem, 1680. in 8. In hoc opere habes Bibliothecam Sanctam Literatorum felicium, sive Scriptorum Veterum pietatis & virtutis Christianæ studio, ac exercitio subservientium designationem.

Idem pollicitus est novam Bibliothecam universalem.

THEOPHRASTVS RENAUDOTVS, *Medicinæ Doctor. Oraison funèbre sur le decès de Scevole de Sainte-Marthe, Président & Trésorier général de France, à Poitiers. A Saumur*, 1623. in 4.

THOMAS ANTONIVS, *Senensis*, *Ordinis Prædicatorum*, post Raymundum Capuanum scripsit Vitam Catharinæ Senensis, compendiosiùs quàm ille. Supplementum quoque Vitæ ejusdem, & Vitam S. Dominici.

THOMAS d'AQUINO, *Ordinis Prædicatorum. La Vita del Patriarcha S. Domenico. In Napoli, per Francesco Savio*, 1656. in 12.

THOMAS BARTOLINVS, *Caspari filius*, De Medicis Poëtis dissertatio, & Carmina varii argumenti. Hafniæ, apud Danielem Pauli, 1669. in 8.

Oratio in excessum Olai Wormii Medicinæ Doctoris, & in Academiâ Hafniensi Professoris, in 4.

Oratio in obitum Henrici Fuiren Medici, & in eadem Academiâ Professoris.

THOMAS BODLEIVS, *Eques Auratus*. Vide paulò infrà, verbô, *Thomas Iamesius*.

THOMAS BULDRINVS, *Bononiensis*, *Theologiæ Doctor*. Oratio funebris in obitum Danielis Mallonii Ordinis S. Mariæ Gratiarum Vicarii Generalis.

THOMAS CAMPANELLA, *Calaber*, *Stylensis*, *Ordinis Prædicatorum*. De libris propriis, & rectâ ratione studendi syntagmata. Parisiis, apud Viduam Gulielmi Pelé, 1642. in 8. & cum Hugone Grotio & aliis de ratione studii. Amstelodami, 1645. in 12.

Ejusdem, de reformatione Scientiarum index. Venetiis, anno 1633. in 4. apud Andream Baba, studiô Jacobi Gafarelli editus.

THOMAS

THOMAS de CELLANO, *Ordinis Minorum Provinciæ Pendensis*, libellum reliquit de Vitâ & miraculis Francisci, quem Gregorius IX. Pontifex approbavit.

THOMAS de CEPERANO, *Ordinis Minorum, Notarius Pontificis Romani*, Vitam ejusdem S. Francisci scripsit.

THOMAS COOPERRVS, *Anglus*. Auctarium Bibliothecæ Thomæ Elioti, teste Balæo.

THOMAS CORREA, *Professor Humanitatum Romæ & Bononiæ*, litteris mandavit Orationem habitam in funere Martini Aspilcuetæ Navarri.

THOMAS COSTO, *Napolitanus. Le Vite di tutti li Pontefici, ridotte in Epitome.* Venetiis, 1592. in 4. apud Bern. Bazam & Barrazzum Barrezzi.

Vita del gran Pontefice Innocentio Quarto, scritta da Paolo Pansa Genovese, & da Tomaso Costo corretta e miliorata cosi di stile, come di Lingua, arrichita di postille e di sommario, ove s'hà notitia di molte cose notabili. In Napoli, appresso Giuseppe Carlino, 1601. in 4.

THOMAS DEMPSTERVS, *Scotus, I.C. Tolosæ, Parisiis, Pisis, & tandem Bononiæ Professor*, Historiæ Ecclesiasticæ Gentis Scotorum, quâ Viri sanctitate, litteris, dignitatibus, totô orbe Illustres, recensentur, libri novemdecim, excusi sunt in 4. Bononiæ, Typis Nicolai Thebaldeni anno 1627. Verùm Angli, atque Hiberni arguunt Dempsterum commentum esse pleraque, ut Scotos suos ad eruditionis palmam efferret. Videndi præ cæteris Usserius, Woaræus, &c.

Eidem quoque tribuitur Iudicium de omnibus omnium Gentium & temporum Historicis, Parisiis editum.

THOMAS DIPLOVATACIVS, *Patritius Constantinopolitanus*, scripsit Baldus Perusinus (verbā sunt Michaëlis Neandri) de commemorationibus famosissimorum Virorum in utroque Jure, & Thomas Diplovatacius Patritius (non Patriarcha) Constantinopolitanus libros duodecim de præstantiâ Doctorum & Clarissimis Jurisconsultis, in quibus diligentissimè Vir ille, (teste Baptista Egnatio,) & Juris Civilis dignitatem explicavit, & Autores ejus omnes, Interpretésque à Phoroneo ductâ serie, ad nostra usque tempora deduxit: sed utrumque utriusque opus aut periit jam olim, aut alicubi ab aliquibus supprimitur, ne in manus

nus multorum veniat. Horum verò librorum jacturam sarcire videntur Valentini Forsteri Jurisconsulti, de Juris Civilis Romani Historiâ libri tres, &c. Hæc ille in longâ præmonitione ad Erotemata Linguæ Græcæ.

Vita autem Angeli Gambellonæ, sive à Gambellionibus, vulgò dicti, *Angeli Aretini*, ab eodem Diplovatacio exarata, legitur cum Aretini Tractatû de Maleficiis edito Venetiis, 1598. quemadmodum & Vita Innocentii Quarti, cum ejusdem Apparatu, seu Commentario super 5. libros Decretalium. Venetiis, 1578.

THOMAS ELIOTA, *Anglus, Eques auratus*, scripsisse dicitur ex probatissimis Auctoribus Bibliothecam Dictionariam.

THOMAS ERASTVS, *Helvetius Aquensis*, *Medicinæ Doctor*, scripsit de Vitâ & moribus Paracelsi nonnulla, in parte primâ Disputationum de Medicinâ novâ Paracelsi. Basileæ, apud Petrum Pernam, 1572. in 4.

THOMAS ERPENIVS, *Gorcomiensis Batavus, Lugduni apud Batavos Linguarum Orientalium Professor.* Bibliothecam Arabicam exhibuit sub finem Arabicæ Grammaticæ. Lugduni-Batavorum, 1613. & Amstelodami, 1636. & 1656. in 4. excusæ. Ad hanc verò collectionem addidit Gisbertus Voëtius quosdam alios, & posteà in variis locis editos.

Catalogus librorum Orientalium Bibliothecæ Erpenianæ. Lugduni-Batavorum, in 4. post Petri Scriverii manes Erpenianos & Orationem funebrem à Gerardo Joanne Vossio dictam.

Idem, in Oratione de Linguâ Arabicâ, Lugduni-Batavorum, 1659. in 8. editâ, Catalogum Bibliothecæ Fessanæ conscripsit.

THOMAS FUIREN, *Hafniensis.* Catalogus Bibliothecæ Henrici Fuiren, Medici Hafniæ, 1660. in 4.

THOMAS GARZONIVS, *è Balneo Caballi.* Platea Universalis. *La piazza Universale di tutte le Professioni del Mondo*; recusa fuit Venetiis, anno 1589. in 4. apud Joan. Baptistam Somascum. Eam Latinè reddidit, Emporiúmque Universale appellavit Nicolaus Bellus. Francofurti, anno 1614. in 4.

Vita & opera Hugonis de S. Victore, cum Annotationibus, Scholiis & Postillis per Thomam Garzonium. Venetiis, 1588.

THOMAS GASCOGNE, *Nobilis Anglus, Doctor Theologus, & Academiæ Oxoniensis Cancellarius*, scripsit Vitam B. Hieronymi

Stridonensis, cujus summus erat amator & admirator.

THOMAS GAUFFRE, *Cameræ Computorum Parisiensis Magister* Claudii Bernardi Divionensis, dicti Pauperis Sacerdotis, Vitam scripsit.

THOMAS GRATIANUS, *Leodiensis, Ordinis Eremitarum S. Augustini, in Provinciâ Coloniensi Prior Provincialis.* Anastasis Augustiniana, in quâ Scriptores Ordinis Eremitarum S. Augustini prisci simul, & neoterici, in seriem digesti sunt. Antuerpiæ, apud Hieronymum Verdusium, 1613. in 8.

THOMAS HERRERA, *Augustinianus ex Methymna Duelli in Veteri Castella, apud Complutenses Theologiæ Professor.* Compendium Præsulum Ordinis Eremitici. Matriti, anno 1643. & ibidem, anno sequenti, apud Georgium Rodriguez.

Alphabetum Augustinianum, in quo præclara Eremitici Ordinis germina, Virorum & Mulierum domicilia, recensentur. Matriti, anno 1654.

Addit Leo Allatius, Bibliothecam Augustinianam, ubi Vita & Encomia S. Augustini, librorum ipsius censura, &c.

THOMAS HYDE, *è Collegio Reginæ Oxoniensi Protobibliothecarius.* Catalogus impressorum librorum Bibliothecæ Bodlejanæ in Academiâ Oxoniensi. Oxonii, è Theatro Sheldoniano, anno 1674. in folio. Opus novennale, ut Thomas Hyde ait in præfatione ad Lectorem.

THOMAS JAMESIUS, *Anglus, Theologiæ Doctor & Bibliothecarius Oxoniensis.* Ecloga Oxonio-Cantabrigiensis, tributa in libros duos; quorum prior continet Catalogum confusum librorum Manuscriptorum, in Bibliothecis Academiarum Oxoniæ & Cantabrigiæ; posterior Catalogum eorundem distinctum, & dispositum secundùm quatuor Facultates, obseruatô tam in nominibus, quàm in operibus ipsis, Alphabetico litterarum ordine. Londini, impensis Georgii Bishopii, & Joannis Norton, 1600. in 4.

Ejusdem, Catalogus Librorum Bibliothecæ, quam Thomas Bodlejus Eques auratus in Academiâ Oxoniensi publicam instituit. Londini, in Nortonianâ officinâ, apud Josephum Barnesium, anno 1605. in 4.

Idem postea, anno 1620. Oxoniæ, impensis Bodlejanis, emisit in 4. Catalogum

4. Catalogum Univerſalem Librorum in Bibliothecâ Bodlejanâ, omnium Librorum, Linguarum, &c. Scientiarum genere refertiſſimâ. Appendix ad eundem Catalogum plùs minùs 3000. locupletata, prodiit in eadem Urbe, anno 1635. in 4.

Ejuſdem, Index Librorum prohibitorum à Pontificiis. Oxoniæ, 1627. in 8.

THOMAS à JESU, *Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum per Belgium Provincialis*, Vita Joannis Ruysbroecquii, Ordinis S. Auguſtini, à pago cognomine, ad Sennam Fluvium inter Bruxellam & Hallas, ſic appellati.

THOMAS à KEMPIS, (*oppidulo in Diœceſi Colonienſi*) *cognomentô* Malleolus, *Canonicus Regularis in Monte S. Agnati apud Svvollam Ditionis Tranſiſalanæ oppidum.* Vita Gerardi Magni, Inſtitutoris Fratrum Clericorum in communi viventium, item D. Florentii & diſcipulorum utriuſque. Tomô 2. operum ejuſdem à Kempis. Duaci, Typis Belleri, 1635. in 8. tribus Volum.

THOMAS LANSIVS. Oratio funebris in laudem Joannis Harprechti Anteceſſoris in Academiâ Tubingenſi, in 4.

Laudatio funebris Matthiæ Hafenrefferi, Theologiæ Doctoris, & Academiæ Tubingenſis Profeſſoris.

THOMAS MAGISTER, *Grammaticus Græcus*, ſcripſit Vitam Euripidis.

THOMAS MALVENDA, *O. P.* Annales Ordinis Prædicatorum. Neapoli, 1627. in folio.

THOMAS MARTIN. Vita Gulielmi Wicami. Londini, 1597. in 4.

THOMAS MASSVCCIVS, *Recinetenſis*, *Ieſuita.* Vita S. Pauli Apoſtoli. Lugduni, per Horatium Cardon, 1633. in 4.

THOMAS de MINIS. Catalogus Sanctorum atque Beatorum Ordinis Camaldulenſis, in quô etiam Religionis initium, & Viri dignitate, atq; Virtutibus clari deſcribuntur. Florentię, 1606. in 4.

Idem, anno 1603. ediderat de S. S. Joanne, & Benedicto, diſcipulis S. Romualdi, & de eorum Sociis Martyribus, ſed Italicè.

THOMAS MUNCKERVS. Vitæ Hygini Fulgentii, Lactantii, Placidi & Albrici Mythographorum, cum eorum operibus. Amſtelodami, 1621. in 8. 2. Vol.

THOMAS NACCIVS. Vide ſuprà; verbô, *Raymundus Capuanus.*

THOMAS PORCACIVS, *Caſtula in Hetruriâ natus. Vita di Ia-*

copo Sannazaro. Extat in limine Arcadiæ ejusdem Sannazatí. Venetiis, 1574. in 12. & 1614. in 24. Scripsit quoque Italicè, Vitam Pii V. Romani Pontificis editam in continuatione Panuinâ. Venetiis, 1612. in 4. Et Vitas Historicorum Græcorum.

THOMAS REINESIVS, *Germanus*, *Medicus*. In variis Lectionum tribus libris, anno 1640. Altenburgi, in 4. editis, aliisque Scriptis, quæ in lucem emisit, multa habet ad Scriptores, præsertim Medicos spectantia, & ex Epistolis ad Hofmannum & Expertum, discimus eum Historiam Medicorum conscripsisse.

THOMAS REVIVS *vel* RIVIVS, *Regis Angliæ Advocatus*, Historia Romanorum Pontificum. Amstelodami, 1632. in 8.

THOMAS SAGITTARIVS. Nicolai Arumæi, & Thomæ Sagittarii parentalia, facta Nicolao Reusnero, cum ejusdem Vitâ, per Jo. Wertzium. Jenæ, 1603. in 4.

THOMAS SMETONIVS. Vita Jo. Knoxi, Scoti Theologi. Edinburgi, 1579. in 4. cum aliis.

THOMAS SPRAT. Vita Abrahami Covvlet, seu Couleii, cum ejus poëmatibus Latinis. Londini, 1668. in 8.

Idem scripsit, Anglicô idiomate, Historiam Societatis Regiæ in Angliâ, quæ in Gallicam Linguam conversa est, & edita Genevę, apud Jo. Hermannum Widerhold, 1669. in 8.

THOMAS STANLEY. De Historicis & Philosophis scripsit Anglicè, 2. Volum. editis Londini, 1655. in folio.

THOMAS STAPLETONVS, *Henfildanus in Sussexia Angliæ Provinciâ, Duaci, Theologiæ Professor, & Lovanii*, Tres Thomæ, sive res gestæ S. Thomæ Apostoli, S. Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, & Thomæ Mori, Angliæ Cancellarii. Duaci, 1588. apud Jo. Bogardum.

Ejusdem, tres Orationes funebres, una in exequiis Arnoldi Gandavensis, vulgò *Ganthois* Abbatis; altera, in laudem Richardoti Burgundi, Atrebatium Episcopi; tertia, in funere Matthæi Galeni Westcapellii, Duaci Sacræ Linguæ Professoris; Editæ fuerunt Antuerpiæ, anno 1577. cum aliis tribus Orationibus Dogmaticis, & Duaci seorsim.

THOMAS TAMÆVS, *de Vargas*. Catalogus Scriptorum Hispaniæ Manuscriptorum legitur in Bibliothecâ Barberinâ Romæ.

Idem

Idem scripsit Vitam Joannis Marianæ, Jesuitæ Hispani, & pro eo Apologiam.

THOMAS TOMÆUS, *Italus*, Historia Ravennatensis Italicè scripta, in cujus parte quartâ agit de Viris eruditis. Ravennæ, apud Franciscum Tebaldinum, 1580. in 4.

THOMAS TRETERUS, *Posnaniensis*, scripsit Romanorum Pontificum gesta.

THOMAS VALUTA, *Neapolitanus*, scripsit (teste Nicolao Toppi in Bibliothecâ Neapolitanâ) Decapentagion Heptaglosson, seu Quindecim Fundatorum Encomia, septem Linguarum, & præclarissimæ volubilium Academiæ Encomia octoglossa.

THUCYDIDES, scripsit Orationem funebrem Periclis, Latinè redditam per Gulielmum Canterum, & editam Francofurti, 1594. cum Vitâ Thucydidis per Marcellinum.

TIMOTHEUS de PERUSIO, scripsit Vitam Hieronymi Savonarolæ.

TOBIAS FENDT, *Pictor Vratislaviensis*, Collectio sepulchrorum cum Epigraphis Virorum Illustrium, tam prisci quàm nostri sæculi ex Archetypis expressorum, & in æs incisorum, anno 1574. in folio.

TITUS SURTINUS. Oratio funebris de Vitâ, & laudibus Augustini Dathi, Senensis Philosophi. Parisiis, 1511.

TOBIAS MAGIRUS, *è Marchia Brandeburgensi Professor Francofurtanus*, Eponymologicon Criticum de variorum Scriptorum in utramque partem cognomentis. Francofurti ad Mœnum, anno 1644. in 4. apud Joannem Pressium.

Ejusdem, Polymnemon quibusdam memoratur.

TORELLUS SARAYNA, *Veronensis*, De Origine & amplitudine Civitatis Veronæ, de Principibus, Viris Illustribus, monumentis antiquis urbis & agri Veronensis, ac de interpretatione, Literarum antiquarum. Veronæ, 1540. in folio.

TORQUATUS PEROTTUS, *Episcopus Amerinus*, scripsit (teste Leone Allatio in Apibus Urbanis) Virorum Saxo-Ferratensium, qui Litterarum & armorum gloriâ apud Pontifices aliósque Principes clari evasêre, Vitas, & Elogia.

TULLIUS TIRO, scripserat libros de Vitâ Ciceronis & de ejus Jocis. Vide Vossium de Histor. Latinis, lib. 1. cap. 17.

V.

VALENTINUS CONRARDUS, *Parisinus, unus è quadraginta Academiæ Gallicæ Parisiensis, Vir ingeniô & prudentiâ clarissimus, Scriptorum Gallicorum Iudex peritissimus, comitate, virtute, & humanitate omnium qui unquam eum viderunt gratiam promeritus.* Opusculis Gallicis Joannis Ogerii Gombauld Santonis præfationem præmisit, in quâ ejus Vitam stilô elegantissimô descripsit. Amstelodami, 1671. in 12.

VALENTINUS FORSTERUS. *Witebergensis I. C. in Academiis Marpurgensi, Heidelbergensi, & Helmstadiensi Antecessor.* Historia Juris Civilis Romani, in quâ traditur ortus Romani Imperii, subjiciuntur mutationes insignes Magistratuum, & causæ, initia, & progressus Juris Civilis, & agitur de Illustribus Jurisconsultis. Basileæ, in folio, anno 1565. apud Joannem Oporinum.

Ejusdem, Historiæ libri tres quartâ Editione prodierunt. Helmstadii, Typis Jacobi Lucii, 1610. in 8.

VALENTINUS PACÆUS, *Lipsiensis, Theologiæ Professor*, dicitur scripsisse Nomenclaturam præcipuorum in Theologiâ Scriptorum, idque ordine temporum.

VALENTINUS ROTMARUS, *in Academiâ Ingolstadiensi Professor*, scripsit de Theologiæ Professoribus Academiæ Ingolstadiensis librum, post ejus obitum à Joanne Eugerdo absolutum. Ingolstadii, 1581. in 4.

VALENTINUS THILOLIGIUS. Icones aliquot Clarorum Virorum, cum Elogiis & Parentalibus factis Theodoro Zvingero. Basileę, apud Conrardum Waldkirch, anno 1591. in 8.

VALERIUS ANDREAS DESSELIUS, *Taxander, seu Brabantus. I. C.* Imagines Doctorum Virorum è variis Gentibus, Elogiis brevibus illustratæ. Antuerpiæ, anno 1611. in 16.

De initiis & progressu Collegii trilinguis Buslidiani, déque Vitâ & Scriptis Professorum ejusdem Collegii. Lovanii, Typis Dormalii, anno 1614. in 4.

Fasti

Fasti Academici studii generalis Lovaniensis Origo & institutio, Rectores, Cancellarii, Doctores, Professores, Fundatores, & Benefactores, résque aliquot memorabiles ejusdem Universitatis. Ibidem, Typis Coëstenii, 1655. in 4.

Bibliothecæ publicæ Lovaniensis primordia, cum oratione auspicali, Kal. Octobris, 1636. habitâ. Ibidem, apud Everardum de Witte, anno 1638. in 4.

Bibliotheca Belgica, de Belgis Vitâ Scriptísque claris, præmissâ Topographiâ Belgii totius, seu, Germaniæ inferioris descriptione. Editio renovata & tertiâ parte auctior. Lovanii, Typis Jacobi Zegers, 1643. in 4. Editio prima, in 8. anno 1623. in eadem Lovaniensi Urbe, apud Henricum Hestenium. De eo opere videatur Vogler. Introd. in Not. Script. cap. 24.

Catalogus Clarorum Hispaniæ Scriptorum. Moguntiæ, anno 1607. in 4.

Vita Petri Opmeri Amstelodamensis, ejus operi Chronographico præfixa. Antuerpiæ, apud Verdussium, 1611. in folio, & Coloniæ, in 8.

VALERIUS GOUTHOAVIUS. Tractatum ejus de Scriptoribus Hollandiç, Zelandiç & Ultrajecti MSS. possidebat Franciscus Suvertius, teste Labbæo.

UBO EMMIUS, *Grethanus Frisius, Groningæ Historiarum & Græcæ Linguæ Professor.* De Frisiis eruditis scripsisse dicitur. Vide verbô, *Groninga.*

UBERTUS, *sive* HUBERTUS CLERICUS, *Insulensis.* Epitaphia, aliáque Poëseos Sacræ genera edidit, Tornaci, anno 1610. Typis Nicolai Laurenti.

VENANTIUS HONORIUS CLEMENTIANUS FORTUNATUS, *Italus, Episcopus Pictaviensis,* carmine Epicô quatuor libris complexus fuit Vitam & miracula B. Martini. Præterea Vitam S. Hilarii, Pictonum Episcopi, S. Germani Parisiensis Episcopi, S. Remigii, & alias descripsit.

VENTURA CÆCUS. Catalexis in L. 2. de Origine Juris, cum Dialogo de Scribendâ Historiâ. Bononiæ, 1563. in 4.

VICTOR GISELINUS, *Stanfordæ pago territorii Brugensis natus, Doctor Medicus*, scripsit Notas, in Sulpitii Severi opera, & ejus Vitam. Antuerpiæ, 1574. in 8.

VICTO-

VICTORINUS STRIGELIUS, *Kaufbeirensis Theologus & Philosophus.* Oratio funebris in laudem Ægidii Medleri, 1574. Jenæ.

VICTORIVS BALDINVS. *Chronologia Ecclesiastica, La quale contiene le Vite de' Sommi Pontefici da Pietro Sino à Clemente VIII.* Ferrariæ, 1600. in 8.

VIENOTVS PARTOLVS. Oratio de Vitâ & obitu Antonii Carray. Montisbelligardi, 1599. in 4.

VIGLIVS ab AYTTA ZVICHEMVS, *Frisius*, scripsit de Vita suâ, cujus partem refert Suffridius Petri, Decade 12. De Scriptoribus Frisiæ.

VINCENTIVS BARRALIS, *Ordinis S. Benedicti, Monachus Lerinensis.* Chronologia SS. & aliorum Virorum Insulæ Lerinensis, cum ejusdem Annotationibus. Lugduni, sumptibus Petri Rigaud, 1613. in folio.

VINCENTIVS BRVNVS, *Melfitanus, Teatro de gli Inventori di tutte le cose. In Napoli, per Tarquinio Longo,* 1603. in folio.

VINCENTIVS GILIBERTVS, *è Grumento in Lucaniâ, præpositus Generalis Clericorum Regularium. Oratione intitolata Montalta, nel funerale d'Alessandro Peretti Cardinal Montalto. In Roma, appresso Giacomo Mascardi,* 1623. in 4.

VINCENTIVS JVSTINIANVS, *Antistius Valentinus.* Vita Alberti Magni, & Oratio Panegyrica pro eo. Coloniæ Agrippinæ, 1625. in 8.

VINCENTIVS JVSTINIANVS, *Genuensis, Ordinis Prædicatorum, Cardinalis.* Vita Hugonis de S. Theodorico, Cardinalis primi ex Ordine Prædicatorum, præmissa operibus ejusdem Hugonis in Vetus & Novum Testamentum. Coloniæ Agrippinæ, 1621. in folio.

VINCENTIVS MAINARDVS, *Geminianensis, Procurator Ordinis Prædicatorum,* scripsit Vitam Antonini Florentini, in patria Urbe Archiepiscopi.

VINCENTIVS MANERIVS, *Locrensis in Calabriâ, Cartusianus.* Liber de Viris Illustribus Ordinis Cartusiani, qui MS. asservatur Neapoli, apud S. Martinum.

VINCENTIVS MASTAREVS, *Aquilanus, Iesuita, Historia di S. Francesco di Paola.*

VINCENTIVS PLACCIVS, *I. V. L. Hamburgensis.* De Scriptis & Scriptoribus

& Scriptoribus Anonymis, atque Pseudonymis, Syntagma, In quo ad Sesquimille omnis generis, argumenti, Linguarúmque Scripta, partim nullis, partim falsis nominibus præfixis antehac edita, genuinis suis atque veris Auctoribus restituuntur. Hamburgi, sumptibus Christiani Guthii, 1674. in 4.

Idem pollicitus est Bibliographiam Logicam, Rhetoricam, Ethicam, Politicam, Juridicam, De Scriptis & Scriptoribus Juvenilibus, Additiones ad Thomasium de Plagio Litterario, ad Labbæi Bibliothecam Bibliothecarum, ad Vogleri introductionem in omnis generis Auctores, Draudii Bibliothecam Classicam & Pierium Valerianum de infelicitate Litteratorum.

VINCENTIVS RICCARDVS, *Neapolitanus, Clericus Regularis*, Vitam S. Procli ex Variis Auctoribus concinnavit, eámque tradidit Abrahamo Bzovio, qui Auctoris nomine expresso suæ Historiæ Ecclesiasticæ inseruit ad annum, 446.

VINCENTIVS ROBARDVS, edidit, Latinô carmine, gesta quinquennalia Sixti V. & Illustrissimorum Cardinalium Elogia. Romæ, 1590. in 8. apud Paulum Bladium.

VINCENTIVS SPINELLVS, *Neapolitanus, Procurator generalis Celestinorum. Vita di S. Pietro del Morrone Papa, detto Celestino quinto. In Roma, nella stamperia di Fabio di Falco*, 1664. in 8.

VIRGILIVS CEPARIVS, *ex opido Panicale Diœcesis Perusina, Iesuita*, scripsit Italicè Vitam Aloysii Gonzagæ, ejusdem Ordinis. Romæ, apud Aloysium Zannettum, 1606. & alibi.

Compendium Vitæ Francisci Borgiæ; Societatis Jesu Præpositi generalis tertii. Romæ, 1624. in 8. & Neapoli, apud Ægidium Longum, 1626. in 16. Latinè reddidit Andreas Schottus.

Vita Joannis Berchmanni Jesuitæ. Romæ, apud hæredes Bartholomæi Zannetti, 1616. in 4. Eam Hermannus Hugo Latinè vertit, & alius Gallicè.

VITVS MVLLERVS, *Theologus & Philosophus*. Oratio de Vitâ Martini Crusii, in 4.

VITVS WINSHEMIVS. Oratio habita in funere Philippi Melanctonis. Wittebergæ, 1560. in 4.

Oratio in exequiis Viti Ortelii Winshemii, Academiæ Vittebergensis Professoris. Ibidem, 1670. in 4.

Oratio funebris in laudem Sebaldi Munsteri, inserta Philippi Me-

Ianctonis declamationibus. Argentorati, apud Crat. Mylium.
ULDALRICVS à LENTZBVRG, *Germanus, Curiensis Episcopus*, scripsit Pontificum duorum Vitas, Lucii & Amisonis.
UMBERTVS HEDUUS, *Burgundus, dictus de Romanis.* Liber de Vitis primorum Patrum Dominicani Ordinis.
VOLCATIVS SEGIDITIVS. *Vetus Poëta.* Epigramma versibus tredecim scripsit, sive, Judicium de Poëtis Comicis Latinis, quod in omnium manibus habetur.
VOPISCVS FORTVNATVS PLEMPIVS, *Amstelodamensis*, Vita Avicennæ in limine ejus operum. Lovanii, Typis Hieronymi Nempæi, 1658. in folio editorum.
URBANVS GRANDIER. *Oraison funèbre sur le decès de Scevole de Sainte Marthe, par Vrbain Grandier Curé de l'Eglise de S. Pierre de Loudun, & Chanoine de Sainte Croix. A Paris*, 1629.
WALAFRIDVS STRABO, *Monachus Sangallensis.* Vitam Sancti Galli Confessoris prosaïcè & metricè scripsit, atque alia, quæ Vide apud Canisium Tom. 6. Antiq. Lectionum.
WERNERVS LAERIVS, *cognomentô* ROELEVINC, *ex Diœcesi Monasteriensi oriundus, Carthusianus.* Vita S. Pauli Apostoli, & fasciculus temporum, in quo nonnulla de Viris doctis.
WIGANDVS ORTHIVS, *Theologiæ & Linguæ Sanctæ Professor in Academiâ Marpurgensi*, Oratio de Vitâ & obitu Clarissimi Viri gravissimique Theologi Andreæ Gerardi Hyperii. Marpurgi, 1564. in 4.
WILIBALDVS, scripsit Vitam Bonifacii Angli, Moguntini Archiepiscopi. Ingolstadii, 1603. in 4.
WILIBALDVS MAYR. Vita S. Augustini, cum Iconibus. Ingolstadii, 1631. in folio.
WILLELMVS ANSLANVS, *Verbi Divini in Ecclesiâ Amstelodamensi Minister*, scripsit Vitam Willelmi Mommæ Hamburgensis, præmissam ejusdem Mommæ, *Oeconomiæ Temporum*, editæ Amstelodami, 1683. in 4.
WILLELMVS LANGIVS, *Danus*, Contexuit Catalogum Orientalium Græcorúmque Librorum, qui extant in Bibliothecâ Laurentianâ, quæ & Medicea dicitur.
WILLEBRORDVS BOSCARTVS, *Bergizomius. Canonicus Regularis S. Norberti in Tongerloensi Cœnobio, apud Brabantos.* Enchiridion

ridion de Actis S. Augustini. Mechliniæ,1647. in 8.Parisiis,1667. in 12.

Diatriba de primis Veteris Frisiæ Apostolis. Ibidem,1610. in 4.

WIPERTUS, *Archidiaconus*, Vita coætanei & familiaris sui, Leonis IX. Papæ, Leucrorum anteà Episcopi, studiô Jacobi Sirmondi notis illustrata, prodiit Parisiis,anno 1615. apud Sebastian. Cramoisy. Notis quoque illam illustravit Barthius Adversariorum lib. 45.cap. 19.

WOLFANGUS FABRICIUS, *Ecclesiastes Argentinensis*, scripsit Vitam Joannis Oecolampadii, quæ ejusdem Oecolampadii & Zvinglii Epistolarum volumini præponitur.

WOLFANGUS FREYMONIUS. Elenchus omnium Auctorum qui in jure Civili & Canonico scripserunt. Francofurti, 1585.in 4. Vide suprà, verbô, *Ioannes Wolfangus.*

WOLFANGUS JUSTUS, *Francofurtensis*.Chronologia omnium Illustrium Medicorum.Francofurti ad Viadrum, 1556. in 8.

Ejusdem, liber de Academiis, & Scholis in Europâ, à quibus fundatæ, & quos Professores insignes habuerint. Francofordiæ, anno 1554. per Joannem Eichorn.

WOLFANGUS LASIUS, *Philosophus, & Medicus Viennensis, Historiographus Cæsareus*, Rerum Viennensium librô 3. cap.5. qui Viri docti, & editis libris clari, è Viennensi Gymnasio prodierint, annotavit.

Catalogus partim suorum, partim aliorum Scriptorum nuper inventorum,in folio, Viennæ Austriæ prodiisse dicitur.

Eidem quoque tribuitur Catalogus Scriptorum Austriæ. Egit etiam de doctis Wolfangis.

WOLFANGUS MAJERUS. Concio in funere Joannis Jacobi Grinæi, Theologi Basileensis.

WOLFANGUS PERISTERUS, De Vitâ & rebus gestis M. Tullii Ciceronis. Berlini, 1581. in 8.

WOLFANGUS SEBERUS. Index Scriptorum à Polluce Laudatorum, Onomastico ejus adjectus.

X.

XICCO RICIUS POLENTONUS, *Patavinus, Reipublicæ ejusdem Scriba.* Vitam Suetonii Tranquilli scripsit, sed ea vix assis est (Verba sunt Vossii de Hist. Lat. lib. 1. c. 31.) etsi doctissimus Pighius non veritus sit illam, emblematis instar, Annalibus suis inserere. Penè enim quicquid dicit pertinet ad Suetonium Paulinum, quem cum Mureto, falsò credidit esse Suetonii hujus patrem. Atque ut, quæ Tacitus de Suetonio refert, perperam accomodat Historici hujus parenti; ita & falsò putavit, eum signari à Plinio in Historiâ naturali, ubi ex Paulino quædam refert de Africâ & Canariis Insulis. Similis error, cùm libros de institutione officiorum, de Illustribus Scriptoribus, déque Historiâ Ludicrâ, non à Tranquillo hoc, sed à Patre ejus scripta fuisse arbitratur. Qui error ab eodem fonte unde priores dimanat. Hactenus Vossius.

Idem Polentonus Vitam Francisci Petrarchæ fusè descripsit.

Ejusdem, Volumen magnum de Illustribus Scriptoribus Latinis, quod libris constat XXII. MS. ejus exemplar habuisse se ait Bernardinus Scardeonius, lib. 2. de rebus Patavinis. Vide Vossium de Hist. Lat. lib. 3. c. 9.

Z.

ZACHARIAS BENEDICTVS, *Vicentinus, Cartusianus,* scripsit Vitam S. Brunonis Carmine Heroicô.

ZACHARIAS BOVERIVS. *O. M. Capucinus.* Annales Fratrum Minorum Capucinorum. Lugduni, 1632. in folio. Secundus Tomus eorundem Annalium prodiit quoque in publicam lucem.

Capuci-

Capucinorum Annales prodierunt etiam Italicè; Sed & Hispanicè, iique auctiores tribus Tomis, in folio.

ZACHARIAS BRENDELIVS. De Vitâ Joannis Schuteri: Jenæ, Typis Donati Richtzenhani, 1595. in 4.

ZACHARIAS DOMINICVS ASCAMITECK, *à Kromenfeld, Bohemus Pragensis, Typographus Congregationis de propagandâ fide*, Elenchus librorum, sive Typis, sive impensis Congregationis de fide propagandâ impressorum, qui modo in ejusdem Congregationis Typographejo reperiuntur, jussû Eminentissimorum Dominorum Cardinalium Congregationis in lucem editus, Romæ, 1667. in 4.

ZACHARIAS PAPA, scripsit Græcè Vitam Benedicti Abbatis Cassinensis. Ingolstadii, 1600. in 8.

ZACHARIAS SCÆFFERVS. *Historiarum apud Tubingenses Professor*, Litteris mandavit Orationem habitam in funere Schikardi.

ZACHARIAS THEOBALDVS, *Iunior*. Bellum Hussiticum, quô Joannis Hussi Vita, doctrina, & mors comprehenditur. Francofurti, 1621. in folio.

ZOVCHEVS TOWNLEY, *Anglus*. Oratio in obitum Gulielmi Camdeni, Lecturæ Historicæ apud Oxonienses Fundatoris, cum parentatione Historicâ per Deg. Whear, adjunctis Variorum Carminibus. Oxoniæ, 1624. in 4.

His adde Acta Eruditorum Lipsiæ, Acta Philosophica Societatis Regiæ in Angliâ, Ephemerides Eruditorum Italiæ, hoc titulô evulgatas, *Giornale de' Letterati*, & præsertim Ephemerides Eruditorum Galliæ, accurante doctissimo & illustrissimo Abbate la Roque, in quibus habetur non solùm Catalogus præcipuorum librorum in Europa impressorum, sed etiam varia Elogia Virorum Eruditorum Scriptis celebrium.

CAROLUS PATINUS, *Eques D. Marci, Doctor Medicus Parisiensis, & primarius Chirurgiæ Professor Patavinus*. Licæum Patavinum, sive, Icones & Vitę Professorum Patavii, anno 1682. publicè docentium. Patavii, 1682. in 4.

FRIDERICUS à STEINCALLENFELS, *Eques, Brisgoius*. Oratio funebris de Vitâ & Obitû Serenissimi ac Celsissimi Prin-

cipis, D. *Caroli* Marchionis Badensis, &c. Bononiæ 27. Julii 1625. in Christo piè defuncti, publicè habita in Auditorio Juridico Academię Genevensis 5. Novembris 1625. Genevę, apud Joannem De Tournes, 1626. in 4.

JACOBUS LECTIUS, *Vir Consularis apud Genevenses.* Lacrimę Lectianę, seu de Illustrissimi ac Generosissimi Principis D. D. Friderici Mauritii Anhaltini Vitâ & obitû Jacobi Lectii Viri Consularis Oratio, publicè habita XVII. Calendas Novembres 1610. In inclytâ Academiâ Genevensi. Accessêre Epicedia eidem Principi à Clarissimis Viris scripta. Genevę, apud Joannem De Tournes, 1610. in 4.

JOANNES HENRICUS HEIDEGGERUS, *Tigurinus*, & ibi S. S. Theologiæ Doctor & Professor, scripsit *Hospinianum redivivum*, seu Historiam Vitę & Obitûs Viri Clarissimi & Celeberrimi Rodolphi Hospiniani Theologi quondam & Polyhistoris Tigurini, nunc demum ex memoriis residuis, cum in finem, ut *Novæ* Operum ejus Editioni præfigeretur, singulari fide & studio collecta. Edita est cum ejus Operibus. Genevę, apud Samuelem De Tournes, anno 1681. in folio.

THEODORUS TRONCHINUS, *Genevensis*, *S. Theologiæ ibidem Professor & Verbi Divini Minister.* Oratio funebris, quâ Illustrissimo Celsissimóque Principi Henrico Duci Rohanio, Francię Pari, Principi Leonis, &c. publicè parentavit. 12. Maii 1638. Genevæ, apud Joannem De Tournes, 1638.

AVTORES

AVTORES ANONYMI.

ABBO FLORIACENSIS, Ejus Vita habetur in Annalibus Francicis Petri Pithæi.

ÆGIDII de ROMA, *seu* ROMANI, *aliter Colomnæ Romani*, Vita edita est Venetiis, 1581. cum ejus Quæstionibus in 2. librum Sententiarum.

ÆLII DONATI Vita cum ejus Grammaticâ. Venetiis, 1522.

ÆSCHINIS Vita Græcè, Venetiis, 1513.

ADRIANI TVRNEBI obitus Epistolâ explicatus. Parisiis, 1565. in 4.

ALBERTVS MAGNVS, *Abrégé de la Vie du B. Albert le Grand Evêque de Ratisbonne tirée des Auteurs Anciens*, *&c.* Bruxellis, 1637. in 8.

ALEXANDRI de HALES, *seu* ALES, Vita & Commentarii in Apocalypsin, cum Annot. Jo. Sepini, seu de la Haye. Parisiis, 1648.

ALDELMI, *seu* ADELMI, Occidentalis Saxonum Episcopi Vita, & Poëtica nonnulla, scil. Ænigmata. Moguntiæ, 1601. in 8.

ALFONSI SALMERONIS Vita & Commentarii in Evangelicam Historiam, & Acta Apostolorum 12. Tomis. Coloniæ Agrippinæ, 1602.

AMERBACHIANÆ BIBLIOTHECÆ Catalogus. Basileæ, 1659.

AMSTELODAMENSIS Bibliothecæ Catalogus, anno 1622. editus apud Jo. à Ravesteyn.

ANSELMI Archiepiscopi Cantuariensis Vita præfixa ejus Explanationibus in Epistolas Pauli. Parisiis, apud Poncetum Le Preux, 1535.

ARATI SOLENSIS Vita, Græcè, & fragmenta aliorum Veterum in ejus Poëma. Florentiæ, apud Juntas, 1567. in folio. Vita & phænomena, cum Theonis Commentariis Græcè, &c. Parisiis, 1559. & Latinè per German. Cæsarem, cum Commentariis & Imaginibus. Ibidem, 1589.

ARNOLDI de VILLANOVA, *Medici Galli, vel secundùm alios, Catalani*, Vita cum ejus operibus. Lugduni, apud Gulielmum Huyon, 1520. in folio, & Basileæ, apud Waldkirchium, 1585. eadem formâ.

S. ATHANASII Vita Græcè & Latinè, incertô Autore, addita est ejus operibus.

BAVARIÆ DUX. Catalogus Græcorum MSS. qui asservantur in Bavariæ Ducis Bibliothecâ Monachii. Ingolstadii, 1602. in 4. apud Adamum Sartorium.

BERNARDI SACCI, Ticinensis Historia, cum ejus Vitâ. Ticini, 1587. in 4.

BERTRAMI, Presbyteri Vita, cum libro de Corpore & Sanguine Domini. Basileæ, 1550.

BIBLIOGRAPHIA Historico-Politico-Philologica, Curiosâ, Quid in quovis Scriptore laudem Censuramve mereatur exhibens, cui præfixa celeberrimi cujusdam Viri de studio politico bene instituendo dissertatio Epistolica posthuma. Germanopoli, 1677. in 8.

BIBLIOTHECA Vetus & Nova. Altorfii, 1679. in folio.

CAROLI MOLINÆI, J. C. Parisiensis, Vita. Parisiis, 1608. in 4.

CHALCOGRAPHICA BIBLIOTHECA, hoc est, Virtute & eruditione Clarorum Virorum imagines, Collectore Jano Jacobo Boissardo, Sculptore Theodoro de Bry Leodiensi, primùm editæ, & ab ipsorum obitu hactenus continuatæ. Heidelbergæ, impensis Clementis Ammoni, 1669. in 4. Bibliothecę Chalcographicæ pars sexta quæ est virtute & eruditione Clarorum Virorum Iconum Continuatio prima, Sculptore Sebastiano Furkio. Ibidem, apud eundem. Continuatio. 2. 3. & 4. Ibidem, apud eundem. Singulis imaginibus addita sunt singula Disticha, quæ, (ut rectè annotavit Valentinus Voglerus) interdum quidem sunt arguta & elegantia, complura verò nullum sapiunt ingenium. At imagines perquàm elegantes sunt, ita ut Sculptorum artificium, inde imprimis Orbi commendetur.

CHINENSIUM Variorum Librorum Bibliotheca, sive, Libri qui nunc primùm ex Chinâ, seu Regno Sinarum, cum ipsorum atramento & chartâ admirandæ magnitudinis advecti sunt.

Amstelo-

Amstelodami, 1605. apud Cornelium Nicolai.

CHRYSOSTOMI Vita ab Anonymo conscripta habetur Tomo 8. operum ejus Etonæ editorum.

CLAUDII ACHILLINI Vita Italicè conscripta in limine libri, cui titulus, *Rime e Prose di Claudio Achillini.* Venetiis, 1651. per Franciscum Babam, in 12.

CLAUDII d'AVITY Vita habetur in præfatione præmissâ libri ejusdem d'Avity inscripti, *Le Monde, ou, la description générale des quatre Parties*, &c. Parisiis, apud Petrum Billaine, 1637. in folio.

CLAUDIUS FR. MILLIET Deschales, Jesuita. Oratio habita in ejus funere 28. Martii, 1678.

CHRISTOPHORI COLOMBI Vita Gallicè. Parisiis, apud Claudium Barbin, 1681. in 12.

CONRARDI VORSTII, *Coloniensis, Theologi ac Doctoris* Vitæ compendiosa descriptio, ejusque effigies ad vivum. Lugduni-Batavorum, apud Jacobum Marci, in folio patenti, 1615.

CONSTANTINOPOLITANÆ Urbis Librorum Catalogus. Argentorati, 1587. in 4. apud Nicolaum Wyriot.

CORNELII GISELBERTI PLEMPII *Medici* Vita, cum ejus operibus editis Lovanii, Typis Hieronymi Nempæi, 1658. in folio.

C. V. S. Historia & Iconica descriptio præcipuorum hæresiarcharum, qui ab Ecclesia Catholica atque Christiana ut sectarii ac fanatici excommunicati rejectique sunt, in quâ eorum dogmata, non minùs quàm Vitæ initium & finis, breviter perstringuntur per C. V. S. apud Joannem Jansonium, 1609.

DAMIANI à GOES *Lusitani* Vita. Coloniæ, 1602. in 8.

DANIELIS SENNERTI *Vratislaviensis Medici* Vita, in limine operum ejus. Lugduni, sumptibus Joannis Antonii Huguetan, & Marci Antonii Ravaud, 1650. in folio.

DIARIUM eruditerum Virorum memoriæ consecratum. Heidelbergæ, apud Andream Cambierum, 1612. in 8.

DIOGENIS LAERTII Vita Gallicè scripta, in fronte ejus operum in eandem Linguam conversorum à B. ***. Parisiis, apud Carolum de Sercy, 1668. in 12.

DIONYSII PETAVII, *Jesuitæ*, Catalogus ejus Scripto-

rum in lucem editorum ab anno ætatis 21. usque ad 70. quô mortuus est. Parisiis, 1654. in 4.

DURANDI à SANCTO PORTIANO Vita, cum Commentariis in 4. libros Sententiarum Lombardi: Antuerpiæ, 1567.

ECCLESIASTICI DOCTORES. *Discours sur le dénombrement des Docteurs de l'Eglise, savoir, tant de ceux qui ont été dés le commencement du Monde, que de plusieurs qui ont puis aprés succédé par ordre jusqu'au jourd huy.* Aureliæ, apud Ludovicum Rabier, 1565. in 8.

EDMUNDI *Archiepiscopi Cantuariensis* Vita, cum operibus Vincentii de Beauvais edita.

ELENCHUS Autorum qui ordinationem & reformationem Illustrium D. D. Wilelmi Julii Cliv. & Mont. Ducis, &c. Scriptis suis explicârunt & illustrârunt. Coloniæ, apud Petrum Maternich, 1667.

ELEUTHERII, Tornacensium Episcopi Vita & sermones. Coloniæ Agrippinæ, 1618.

ELIÆ VINETI Vita, adjecta ejus Commentariis in Ausonium, Burdigalæ, apud Millangium, 1590. in 4.

S. EPIPHANII Vita Græcè & Latinè, incertô Interprete, adjecta ejus operibus. Parisiis, 1622. curâ Dionysii Petavii excusis. 2. Vol. in folio.

EPHREM SYRI Vita ab Anonymo scripta extat Tomô 1. ejusdem Ephrem, Vitâ à Gregorio Nisseno exaratâ.

EVTHYMII Vita extat in Tomo 2. monumentorum Ecclesiæ Græcæ, studiô & operâ doctissimi Viri Joannis Baptistæ Cotelerii, Parisiis editorum.

FRANEKERANÆ Bibliothecæ Catalogus, anno 1656. editus.

FRANCISCI BACONI, *Baronis de Verulamio, Vice-Comitis S. Albani, Summi Angliæ Cancellarii* Vita breviter descripta, impressa est cum ejus operibus. Francofurti ad Mœnum, 1665.

FRANCISCI MALHERBII, *Poëta Galli*, Vita habetur in limine libri, cui titulus, *Divers Traitez d'Histoire, de Morale & d'Eloquence.*

FRANCISCVS PETRARCHA. Vita ejus Italicè scripta præfixa est ejusdem operibus. Lugduni, 1550. apud Gulielmum Rovillium,

lium, in 12. editis, & apud eundem, 1564. in 12.

FRANCISCI RABELESII *Medici*, *Chinonensis apud Turones*, Vita extat in libro inscripto Floretum Philosophicum, & in fronte ejusdem Epistolarum & Pantagruelis.

FRANCISCI SUAREZ *Iesuitæ* Vita præmissa ejus operibus: Lugduni, sumptibus Jacobi Cardon. 21. Vol. in folio.

FRANCISCVS XIMENES. Histoire du Cardinal Ximenes. Parisiis, 1631. in 8.

FRANCOFURTENSES ad Mœnum Catalogi. Præter Catalogos annuos, seu semestres Nundinarum Vernarum atque Autumnalium Francofurti Typis mandari solitos, ab anno 1554. Extat Catalogus, seu Collectio in unum corpus Librorum Hebræorum, Græcorum, Latinorum, nec-non Germanicè, Italicè, Gallicè & Hispanicè scriptorum, qui in Nundinis Francofurtensibus, ab anno 1564. usque ad Nundinas Autumnales 1592. venales extiterunt, desumpta ex Catalogis Willerianis. Francofurti, 1592. in 4. apud Nicolaum Bassæum.

FRIDERICVS RHODIVS. De Vita Friderici Rhodii Oratio, in 4.

FRONTONIS DUCÆI Jesuitæ Burdegalensis Elogium.

FAUSTI SOCINI *Senensis* Vita ab Equite Polono conscripta. Extat in limine operum ejusdem Socini in duos Tomos distinctorum, & Irenopoli, in folio, post annum 1656. publicatorum.

GABRIELIS BIELIS Vita & expositio Canonis Missæ. Lugduni, 1642.

GALENI Vita nunc recognita, & aliquot Annotationibus aucta cum ejus operibus. Venetiis, 1625. in folio, apud Juntas.

S. GALLI Abbatiæ apud Helvetios celeberrimæ. Librorum, qui in ejus Bibliotheca MSS. reperiuntur, Catalogus editus fuisse dicitur.

GASPAR SCIOPPIVS. Vita & parentes Gaspari Scioppii à Germano quodam familiari ejus conscripta, adjecta Satyræ Menippææ, cui titulus, Hercules tuam fidem, sive, Munsterus Hypobolimæus, id est, Satyra Menippæa de Vitâ, origine, moribus Gasparis Scioppii Franci. Lugduni-Batavorum, ex officinâ Jo. Patii, 1608. in 12.

Elogia Schoppiana, hoc est, Pontificum Maximorum, Cardinalium, Electorum, Archiducum, Ducum, aliorúmque primariorum Virorum, de Gaspari Scioppii Virtute ac Vitâ testimonia. Papię, 1617. in 4. Vide verbô, *Gaspar Barthius*, & *Tarraeus Hebius*.

GEORGII TRAPEZVNTII Vita adjecta est ejus Commentario de Dialecticâ. Lugduni, 1550. in 12.

GERMANICA Bibliotheca Theologorum omnium tam Pontificiorum, quàm Protestantium, qui Germanicè ab anno 1568. usque ad annum 1591. scripserunt, enumeratio. Erphordiæ, 1593. in 8.

GILDÆ sapientis Vita. Lugduni, 1605. in 8.

GRÆCORVM Sapientum Icones Joanni Cottunio Equiti dedicatæ, Patavii publicatæ sunt.

GREGORII CORTESII Cardinalis Vita, & Epistolæ familiares. Venetiis, 1573.

GREGORII TURONENSIS Vitæ Breviarium, præmissum ejus operibus. Parisiis, 1561. in 8. apud Gulielmum Morellum.

GRONINGA. Effigies & Vitæ Professorum Academiæ Groningæ, & Omlandiæ, ab innominato Auctore, cum Historiolâ Fundationis ejusdem Academiæ, auctore Ubbone Emmio. Groningæ, apud Jo. Nicolai, 1654. in folio.

GUIDONIS PATINI *Medici Parisiensis* Vita elegantissimè descripta habetur in præfatione appositâ ejus Epistolis Gallicis. Hagę-Comitis, apud Hadr. Moetien. 1683. in 12.

GUILLELMUS CATELLUS. Ejus Elogium Gallicè scriptum legitur ante ejus librum inscriptum, *Mémoires de l'Histoire du Languedoc*. Tolosæ, apud Arnoldum Colomesium, 1633. in folio.

GUIDUBALDI BONARELLI Elogium, in limine ejus Comœdię, cui titulus, *Filli di Sciro*. Parisiis, apud Claudium Cramoisy, 1656. in 4.

HADRIANI JUNII Vita & Epistolæ. Dordr. 1552. in 8.

HAMBURGENSIS Bibliothecæ structæ, anno 1651. Memoria. Hamburgi, apud Jacobum Rebenlinum, in 4.

HENRICVS HONDIVS. Ex ejus officinâ Hagæ-Comitis prodierunt, in folio, seu malis in 4. Pictorum aliquot celebrium præcipuis Germanię inferioris effigies, in duas partes distinctę.

HENRICI

HENRICI QUARTI Imperatoris Vita & Epistolæ. Francofurti, 1585.

HIERONYMI FRACASTORII *Veronensis Medici* Vita, ante ejus opera. Genevæ, Typis Jacobi Stoer, 1637. in 8.

HIERONYMI STRIDONENSIS Vita, incertô Autore, adjecta est ultimo Tomo ejus operum.

HILDEBRANDI, cognomentô, GREGORII VII. Vita Francofurti, apud Andream VVechelium, anno 1581. Extat post Chronicon Slavorum Helmodi, ibidem excusum in folio. Prohibetur in Decreto. 4. Febr. 1627.

JACOBUS ANDREAS SMIDELLINUS. Elogiorum collectanea in exequiis Jacobi Andreæ Doctoris Theologiæ Tubingensis, anno 1590. excusa, in 4.

JACOBUS DAVY du PERRON, *Cardinalis. Discours sommaire de la Vie & trépas de l'Illustrissime Cardinal du Perron.* Habetur in fronte ejus operum, Parisiis, apud Petrum Chaudiere, 1633. in folio editorum.

ICONES aliquot Virorum Germaniæ, Angliæ, Galliæ, Hungariæ, cum Elogiis & parentalibus. Basileæ, 1589.

ICONES Virorum Illustrium, qui superiore Sæculo doctrinâ, pietate, & armis floruerunt. Genevæ, apud Petrum Chouët, in 4.

JESUITÆ. *Tableau des Personnages signalez de la compagnie de Iesus.* A Douay, chez Baltazar Beller, 1623.

INNOCENTII TERTII Vita ex diversis Scriptoribus collecta, cum ejus operibus. Coloniæ, apud Maternum Cholin, 1575.

JOANNIS CAMERONIS, *Scoto-Britanni in Academiâ Salmuriensi Theologiæ Professoris eruditissimi*, Icon, ejus operibus præfixum. Genevæ, 1642. in folio.

JOANNIS CASSIANI Vita, & libri 12. ejus opusculorum. Lugduni, 1516. in 8.

JOANNIS CRELLII Franci Vita à J. P. M. D. descripta legitur in limine ejusdem Crellii operum. Eleutheropoli, 1656. in folio.

JOANNES DALLÆUS *Verbi Dei Minister apud Parisienses, qui Carentoni suas habent Synaxes. La Vie de Iean Daillé & le Catalogue de ses œuvres.* Genevæ, apud Samuëlem De Tournes, 1671. in 8.

JOANNIS FRANCISCI BURRHI, *Equitis Mediolanensis*, Vita

habetur in libro, cui titulus. *La chiave del Gabinetto del Cavaliere Gioseppe Francesco Borri Milanese*. Coloniç, 1681. in 12. edito.
JOANNIS GENESII SEPULVEDÆ Vita è Scriptis, & Epistolis ejus collecta, anno 1602. edito.
JOANNIS GERSONIS Vita ex ipsius operibus collecta, 1606. in folio.
JOANNIS HEURNII, *Ultrajectini Medici*, Vita, præmissa ejus operibus. Lugduni, sumptibus Joannis Antonii Huguetan, & Marci Antonii Ravaud, 1658. in folio.
JOANNIS HOLBENII Vita, legitur in Editione Basileensi, 1676. Moriæ Erasmi.
JOANNIS HOORNBECK Vita, cum libris 2. de Conversione Indorum & Gentilium. Amstelodami, 1669. in 4.
JOANNES HUSS, Historia de Actis & Martyrio Joannis Huss, Extat Tomo 1. illius operum. Norimbergç, in officina Montani & Neuherii, 1528. in folio, 2. Vol.
JOANNIS HUSSI & Hieronymi Pragensis Historia. Ibidem, apud Cather. Gerlechen & hæredes Montani, 1583. & 1558. 2. Tomis.
JOANNIS MORINI, *Congregationis Oratorii*, Vita, prçfixa libro, cui titulus, Antiquitates Ecclesiæ Orientalis, Cardin. Barberini, Leonis Allatii, Joannis Morini, &c. dissertationibus enucleatç. Londini, 1682. in 12.
JOANNES PERESIUS de MONTALBAN, *Lagrimas Panegyricas à la Somprana muerte del Dottor Iuan Peres de Montalban, de diversos Autores*. Matriti, 1639. in 4.
JOANNIS PITSEI, *Angli*, Vita ad calcem libri de Illustribus Angliæ Scriptoribus, de quo supra dictum est.
JOANNIS SCHUWEBELII, *Ecclesiastis Bipontini*, Vita, ejus Scriptis Theologicis & Epistolis ad eum scriptis præmissa legitur. Biponti, 1605. in 8.
JOANNES STURMIUS, *Sleidensis*. Epicedia in obitum Joannis Sturmii, unà cum parentalibus ejusdem memoriæ & gratitudinis ergò à diversis amicis, atque discipulis. Argentorati, 1590. in 8.
ISAAC CASAUBONUS. Oratio anniversaria dicta honori litterarum Principis Isaaci Casauboni. Giessæ, apud Gasparum Chemil, 1615. in 4.

ISIDORUS

ISIDORUS HISPALENSIS, *La Vie de S. Isidore Archevêque de Seville, tirée des Historiens Anciens & Nouveaux, & de ses Ecrits.* Adjecta libro, cui titulus, *Le combat des Chrétiens traduit du Latin de S. Isidore*, &c. Parisiis, apud Lambertum Roulland, 1676. in 12.

S. IVO *I. C.* De ejus laudibus & Vitâ Oratio. Coloniæ Agrippinæ, 1574. in 4.

IVONIS, *Carnotensis Episcopi*, Vita, præmissa ejus operibus. Parisiis, 1647.

LEIDENSIS ACADEMIA, id est, Icones, atque Vitæ Principum Aurangiæ, Academiæ Fundatorum, Curatorum, & Professorum, cum Horti, Academiæ, Bibliothecæ, & Theatri Anatomici descriptione. Lugduni-Batavorum, 1614. apud Jacobum Marci, & Justum à Colster Bibliopolas, in 4. Item anno 1613. in 4. apud Andream Cloucquium. Vide de eo opere Joannis Meursii ad Lectorem Epistolam, præmissam ejus *Athenis Batavis.*

LEIDENSIS BIBLIOTHECA. Catalogus Bibliothecæ publicę Lugduno-Batavæ. Lugduni-Batavorum, in officinâ Elzevirianâ, 1640. in 4. cum Oratione Danielis Heinsii ad Academiæ Curatores & Urbis Consules in gratiarum actionem pro Bibliothecarii munere, & Jacobi Golii Catalogo Librorum MSS. Arabicorum, cum genuinis eorumdem titulis. Præcesserat alia editio jam ab anno 1623. ex eadem Elzevirianâ Typographiâ; Idem prodiit ibidem, apud viduam & hæredes Joannis Elzeverii, 1674. cum Catalogo Librorum Orientalium.

LEONIS I. Vitæ Compendium, cum ejus operibus. Lugduni, sumptibus Michaëlis Liberal, 1652.

LEO X. *La Vie de Leon X. écrite en Latin par Paul Iove Evêque de Nocera, & traduite en François par M. M. D. P.* Parisiis, apud Joannem Couterot, 1675. in 12.

LOVANIENSIS ACADEMIA. Fasti Doctorales Juris utriusque, id est, Doctores ac Professores Juris utriusque quotquot in illustri Lovaniensi Academiâ supremum hunc titulum adepti, aut aliunde attulerunt. Lovanii, 1629. in 4.

Extat index Librorum judiciô illius Academiæ reprobatorum, anno 1550. &c.

LUGDU-

LVGDVNVM, *Galliæ ad Rhodanum Vrbs clarissima.* Lugdunum Sacro-profanum, seu, de Claris Illustribus & notis Lugdunensibus, & Bellijocensibus indices. Lugduni, apud Gulielmum Barbier, 1647. in 4.

MATTHÆI CHALVET, *Præsidis Tolosani*, Vita Gallicè scripta, in limine operum Senecę ab eodem Chalvet in Linguam Gallicam conversorum. Parisiis, apud Abelem l'Angelier, 1609. in folio.

MATTHIÆ COLERI, *Aldenburgensis I. C. Collegii Iuridici in Academiâ Salana Professoris Primarii*, Vita, cum Tractatu ejusdem de Processibus executivis, &c. Ienæ, 1586. & 1602.

MAXIMI VICTORINI Vita, & de finalibus Metrorum, ac aliis rebus Grammaticalibus. Venetiis, 1522.

MICHAELIS MONTANI Vita habetur ante ejus librum, cui titulus, *Les Essais*, sæpiùs editum.

MICHAEL NOSTRADAMVS, *Apologie pour Michel Nostradamus, Avec l'Histoire de sa Vie, & les Eloges que plusieurs Auteurs luy ont donné.* Habetur in limine libri, cui Titulus, *Eclaircissement des Véritables Quatrains de Michel Nostradamus*, &c. 1656. in 12.

MICHAELIS VERRINI Vita & Disticha. Hanoviæ, 1619. in 8.

MVLIERES. De claris Mulieribus Scriptores varii. Parisiis, 1521.

NICOLAI TVDESCHI, *Siculi, Abbatis Monacensis, & Archiepiscopi Panormitani*, Vita, cum ejus Commentariis super tres libros Decretalium. Lugduni, 1524.

OLIVERII PATRU, *Parisini, in Senatu Advocati, unius è quadraginta Academiæ Parisiensis*, Vita Gallicè conscripta. Habetur in limine ejus operum. Parisiis, apud Sebastian. Mabre-Cramoisy. Editio 2. in 8.

ORATIONES FVNEBRES in morte Pontificum, Imperatorum, &c. Hanoviæ, 1613. in 8. apud hæredes Aubrii.

ORTHODOXOGRAPHIA. Veterum Patrum collectio, titulo hoc, *Orthodoxographorum*, ornata, anno 1555. septuaginta sex Autores exhibuit solò temporum ordine dispositos; qui deinde in posteriori Editione anni 1569. probatus non est. Sed consultiùs visum, ut in certas & distinctas classes dividerentur, pro ratione

argumenti

argumenti quod tractabant, nimirum in Epistolas, Historias Sacras, Gnomologias, Exegetica Scripta, sive, Commentarios in Sacram Scripturam, Doctrinæ Sacræ Auctores, sive, expugnatores Hæresium, Demegorias, seu Conciones, & Apologetica: quæ veluti septem Categoriæ Scriptores Ecclesiasticos numero 85. complexæ sunt. Ex eadem Basileensi Urbe prodiit, anno 1556. alia Collectio Patrum titulô Hæreseologiæ inscripta, quæ octodecim Scriptorum Sacrorum opuscula Theologica repræsentat, in folio, Typis Henrici Petri, ut nihil dicam de Antidoto contra diversas omnium ferè sæculorum hæreses, ex variis Veterum Auctorum opusculis collecto, operâ Joannis Sichardi. Basileæ, apud Henric. Petrum, 1528. in folio, nec-non de Micro Presbytico in eadem urbe impresso, anno 1550.

OXONIENSIS ACADEMIA. Oxoniensis Academiæ Notitia. Londini, 1675. in 4.

Historia & Antiquitates Universitatis Oxoniensis. Oxoniæ, è Theatro Seldeniano, 1675. in folio, 2. Volum.

PARISIENSIS UNIVERSITAS. *Le Catalogue des Livres examinez & censurez par la Faculté de Théologie de l'Université de Paris, depuis l'an* 1544. *jusqu'en* 1551. *suivant l'Edit du Roy donné à Chasteau Briant.* Parisiis, apud Joannem Andream, 1551. in 8.

PARISIENSES PROFESSORES. *Le Collége Royal de France, ou Institution, établissement & Catalogue des Lecteurs & Professeurs ordinaires du Roy, fondez à Paris par François I. & autres Rois ses Successeurs jusqu'à Louis XIV.* Parisiis, 1644. in 4. Vide *Gul. Duval.* in Catalogo Auctorum qui librorum Catalogos, &c.

S. S. PATRES. De Vitis Patrum incertus Auctor, 3. libris ex Græco in Latinum, per Pelagium Diaconum, cum Notis Rosvveydi. Lugduni, 1617.

S. PAVLINI NOLANI Vita, & Epistolæ. Basileæ, 1569.

PAVLI BORGASII *Feltrensis*, Vita & Tractatus de Irregularitatibus, & impedimentis Ordinum, Officiorum, & Beneficiorum Ecclesiasticorum, &c. Venetiis, 1574.

PAVLVS de FOIX, *Archiepiscopus Tolosanus*, *Harangue funèbre sur le trépas de Messire Paul de Foix, &c. faite en Latin par M. Antoine Muret, & traduite en François par A. d. M.* Habetur

in limine Litterarum Gallicarum ejusdem Pauli de Foix. Parisiis, apud Carolum Chappelain, 1628. in 4.

PETRVS CHARRON, *Parisinus I. C. Eloge véritable, ou Sommaire Discours de la Vie de Pierre Charron, par G. M. D. R.* Extat in fronte ejus libri de Sapientiâ Gallicè conscripti. Parisiis, apud Robertum Euge, 1631. in 8.

PETRI, Abbatis CLVNIACENSIS, Vita ex Chronico Cluniacensi, cum ejus operibus. Parisiis, 1614. in folio.

PETRI de VINEIS, *Cancellarii quondam Friderici II. Imperatoris*, Vita, præfixa ejusdem Petri de Vineis Epistolis. Basileæ, per Paulum Quecum, 1566. in 8.

PHILIPPVS de CANAYE. *Vie de Philippe de Canaye Sieur de Fresnes.* Parisiis, 1635. apud Richer. in folio.

PHILIPPVS JACOBVS SACHSIVS, *à Levvenheime, Vratislaviensis, Medicus*, Memoria Sachsiana à J. D. M. D. Lipsiæ, sumptibus Joannis Fritschi, 1675. in 4. Legitur quoque in principio Voluminis quarti Miscellaneorum Medico-Physicorum naturę Curiosorum. Francofurti & Lipsię, sumptibus ejusdem Fritschii, 1676. in 4.

PICTORES. Pictorum, Sculptorum, Cælatorum, similiumque arte & ingeniô præstantium Effigies, editæ in lucem Antuerpię, apud Joan. Meyssen Pictorem, 1649.

Noms des Peintres les plus célébres, & les plus connus, Anciens & modernes. A Paris, 1679. in 12.

POLITICA BIBLIOTHECA contracta, hoc est Recensus & Judicia de Scriptoribus Politicis & ad Politicam pertinentibus, imprimis autem Historicis, Adjecta Bibliographiæ Historico-Politico-Philologicæ, de quâ suprà.

PRISCIANI, *Grammatici, Cæsariensis*, Vita & opera. Parisiis, 1527.

PROCLI DIADOCHI, *Lycii*, Sphæra, cum ejus Vita Græcè. Basileæ, 1547. & 1550. & Londini, 1620.

PROSPERI AQUITANICI, Tyronis, Vita & opera. Lugduni, 1629. Coloniæ Agrippinæ, 1618. & 1669.

PYRRHONIS, *Ellensis*, Vita & Hypotheses Pyrrhonianæ Græc. Lat. per H. Stephanum. Genevæ, 1621.

RICHELII Cardinalis Vita, Auctore M.D.P. Parisiis, 1653. in 12.

SCOLASTICA BIBLIOTHECA Latina, Gallica, &c. apud Joan. Billium, 1616. in 8.

SERVIUS, *Grammaticus.* Autorum quibus in Virgilium Servius utitur & eorum quoque Librorum, qui temporis injuriâ amissi sunt, Catalogus, præfixus Variorum in Virgilium Commentariis. Basileæ, per Henric. Petrum, 1561. in folio.

SIDONII APOLLINARIS, *Episcopi Arvernorum*, Vita. Habetur in fronte ejus operum. Parisiis, ex officinâ Nivellii, 1614. in 8.

SILVESTRI GIRALDI, *Cambrensis*, Vita, cum Topographiâ Hiberniæ. Francofurti, 1602.

THEOLOGICA BIBLIOTHECA, Mulhusii edita, 1591.

Elenchus Theologorum in tota Sacra Biblia. Coloniæ, apud Maternum Cholinum, 1558. in 4.

Catalogus Auctorum Theologicorum, qui in Sacros Biblicos libros unquam scripserunt. Witebergæ, 1591. in 4.

Theologorum omnium tam Pontificiorum, quàm Protestantium, qui Germanicè ab anno 1568. ad 1583. scripserunt enumeratio. Erphordię, anno 1593. in 8. Germanicè.

THEOPHRASTI ERESII Vita & opera Græcè. Basileę, 1541. & Venetiis, 1497.

THOMAS ab ARGENTINA. Vita ejus & Commentarii in quatuor libros Sententiarum. Genevę, 1585.

THOMAS CANTUARIENSIS, *La Vie de S. Thomas Archevêque de Cantorbery & Martyr.* Parisiis, apud Petrum le Petit, 1675. in 4. & in 12.

TRAJECTINÆ BIBLIOTHECÆ, sive, ut vulgò vocant Ultrajectinę Bibliothecę Catalogus. Trajecti, Typis Salomonis Rhodii, 1608. in 4.

TRIDENTINA BIBLIOTHECA. Nomina Patrum, & Theologorum qui Tridentino Concilio ab anno 1545. ad 1563. interfuerunt, & hactenus aliquid Typis ediderunt. Extabat (teste Labbæo,) in Schedis Gabrielis Naudæi, ab erudito Viro, sed ignoto, primis veluti lineamentis deformata.

UDALRICI, *Augustani Episcopi*, Vita, per Varios. Augustæ Vindelicorum, 1595.

VENETA ACADEMIA. Catalogus Librorum editorum ab Academiâ Veneta. Venetiis, 1559. in 4. seu, libri, quos variis in

Scientiis, & Artibus conſcriptos edidit & ad Nundinas Francofurtenſes miſit Academia Veneta.

Item, ſumma Librorum quos in omnibus Scientiis ac nobilioribus Artibus variis Linguis conſcriptos, vel anteà nunquam divulgatos, vel utiliſſimis & pulcherrimis Scholiis correctionibúſque illuſtratos in lucem emittet Academia Veneta. Venetiis, 1579. in 4.

Catalogo delle opere che in tutte le Scienze & Arti più notabili ed in varie Lingue hà mandate in luce l'Academia Venetiana. Nell' Academia Venetiana, 1558. in folio.

Glorie de gli incogniti, overo, gli Huomini Illuſtri dell' Academia di Signori incogniti di Venetia.

Orationes in funere clarorum Virorum habitę in Academiâ Venetâ. Pariſiis, 1577. in 16.

VIGILII Tridentini Vita, reperitur initiô operum ei attributorum.

VITÆ Virorum qui ſuperiori noſtróque ſæculo eruditione & doctrinâ Illuſtres floruerunt. Francofurti, 1536. apud Egenolphum, in 4. Vide verbô, *Joannes Fichardus* in Catalogo Catalogorum.

WESTPHALIA. Varia opuſcula de Weſtphaliâ, Helmſtadii junctim edita, in quibus agitur de Weſtphaliæ doctis Viris.

AUTORES

QVI DE RATIONE STVDII EGERVNT.

ÆGIDIUS MOMMERIUS. De ratione legendi diſcendíque Jura, Epiſtola, cum Gerardi Joannis Voſſii de ratione ſtudii libello edita. Ultrajecti, Typis Theodori ab Ackersdyck, & Gisberti à Zyll. 1651. in 12.

ANDREAS BORICHEN de Curſu ſtudiorum.

ANDREAS GERARDUS HYPERIUS. De Theologo, seu de Ratione studii Theologici. Basileæ, per Joannem Oporinum, 1558. in 8.

ANTONIUS VALÆUS. De Officio Viri studiosi Oratio, cum Vossii libro de Ratione studii.

ARNOLDUS CLAPMARIUS, *I.C.* Nobilis adolescentis triennium, quomodò studiosus humaniorum Litterarum trienniò animum juxtà, ac Sermonem, fœliciter excolere possit, cum Hugone Grotio, & aliis, qui de studiis instituendis egerunt. Amstelodami, 1645. in 12. apud Ludovicum Elzevirium.

AUGUSTINUS VALERIUS. Vide suprà in Catalogo Catalogorum.

CHRISTOPHORUS ADAMUS RUPERTUS. Methodus suscipiendi ac tractandi studii Philologico-Historico-Politici aliarúmque meliorum Litterarum. Unà cum Politico Græco, sive Oratione Georgii Andreæ Imhoffii, quâ demonstravit Politico Græcam Linguam esse addiscendam. Norimbergæ, apud Michaëlem Endrerum, 1658. in 12.

CHRISTOPHORUS COLERUS. De ordinando studio Politico Epistola, & Additamentum ex Joannis Caselii Νεῶς, cum Hugone Grotio, &c. Amstelodami, 1545.

CLAUDIUS CANTIUNCULA, *I. C.* Parænesis de ratione studii Legalis. Basileæ, 1522. in 8.

DESIDERIUS ERASMUS scripsit libellum de ratione studii, & instituendâ pueritiâ, cum Hugone Grotio, &c.

EVERARDUS BRONCHORSTIUS, *Ioannis filius, Daventriensis.* Edidit Orationem de studio Juris rectè instituendo.

GABRIEL NAUDÆUS. Vide suprà in Catalogo Auctorum, qui Librorum Catalogos, &c.

GASPAR BARLÆUS. Methodus studiorum & Methodus Morum, cum Hugone Grotio, & aliis.

GASPAR SCIOPPIUS. Vide Catalogum Autorum qui Librorum Catalogos, &c.

GERARDUS JOANNES VOSSIUS. De ratione studiorum libellus. Ultrajecti, 1651. in 12. cum aliis editus.

HENRICUS BULLINGER. De ratione studiorum. Tiguri, apud hæredes Michaelis Schaulfelberg. 1670. in 12.

HERMANNUS VULTEJUS. De ſtudio Juris Diſſertatio, cum Gerardo Joan. Voſſio,& aliis, de quibus ſuprà.

HUGO GROTIUS. Epiſtola de ratione ſtudii. Amſtelodami, 1645. in 12. cum aliis Autoribus de ſtudiis inſtituendis.

JACOBUS ACCONTIUS, de inveſtigandarum, tradendarúmque Artium Methodô, cum Ger. Joan. Voſſio, &c.

JACOBUS FOCANUS. De ratione ſtudiorum Diſſertatio. Dordrechti, 1636. in 12. & cum Hug. Grotio, &c.

JOACHIMUS FORTIUS RINGELBERGIUS. De ratione ſtudii liber, cum Hugone Grotio, & aliis. Thomas Erpennius,(referente doctiſſimo Voſſio. De Mathematicis. cap. 36. §. 10.) illi libro ſe debere profitebatur, quòd evaſiſſet qualis erat.

JODOCUS WILLICHIUS, *Ruſellanus.* De formando ſtudio in quolibet Artium genere libellus. Francofurti, apud Joan. Scíurum, 1549.

JOANNES ALBERTUS BANNUS. Diſſertatio Epiſtolica de Muſicâ, ejúſque ſtudio bene inſtituendo, cum Hugone Grotio, &c.

JOANNES BAPTISTA CACCIALUPUS, *I. C. Bartoli gener.* Modus ſtudendi in utroque Jure, Venetiis impreſſus, cum Sebaſt. Brant, de Titulis Juris.

JOANNES BLASIUS, *Miniſter Eccleſiæ Curienſis in Rhætiâ*, edidit Methodum ſtudiorum.

JOANNES CASELIUS. Epiſtola de ſtudio liberali,cum Hugone Grotio, & aliis, &c. Vide quoque, verbô, *Chriſtophorus Colerus.*

JOANNES GERARDUS. Methodus ſtudii Theologici. Jenæ, 1620. in 8.

JOANNES HENRICUS ALSTEDIUS ſcripſit Conſiliarium Academicum, ſeu Methodum formandorum ſtudiorum.

JOANNES HEURNIUS. De ſtudio Medicinę rectè inſtituendo, cum Hugone Grotio, &c. & Ger. Joan. Voſſio, &c.

JOANNES LOCCENIUS. De ſtudio Juris Diſſertatiuncula Epiſtolica, cum Hugone Grotio, &c.

JOANNES OLEARIUS. Methodus ſtudii Theologici, 1667. in 8.

JUSTUS LIPSIUS. De ratione Hiſtoriam legendi Epiſtola, cum Voſſio, & aliis, &c.

LAUREN-

LAURENTIVS à VILLAVINCENTIO, *Xeresanus*, *Augustinianus Eremita*. De rectè formando studio Theologię liber.

LEONARDVS BRVNVS ARETINVS. De studiis & litteris, cum Hugone Grotio, &c. & Parisiis, apud Viduam Guill. Pelé, 1642. in 8.

LILIVS GREGORIVS GIRALDVS Dialogismi de studendi & annotandi ratione.

LVDOVICVS CROCIVS. Instructio de ratione studii Theologici, cum Hug. Grotio, &c.

MELCHIOR SYLVESTER ECKHARDVS. *Theologiæ studiosus*, seu, fidelia monita ad S. Theologię & S. Scripturę studium sanctè auspicandum & continuandum. Ulmę, 1651. in 8.

MARTINVS HORTENSIS. Dissertatio de studio Mathematico rectè instituendo, cum Hug. Grotio, &c.

MATTHÆVS GRIBALDVS. De Methodo & ratione studendi in Jure civili libri tres. Lugduni, per Theobaldum Paganum, 1544.

OSVALDVS FISCHERVS, *Aresbergensis, Batavus*. De verâ studii Theologici ratione.

PAVLVS EBERVS. Ratio generalis studendi. Thorunnis, 1588.

PETRVS ANGELIVS BARGÆVS. Quô ordine Scriptorum Historię Romanę monumenta sint legenda, Libellus, cum Hug. Grotio.

SEBASTIANVS FOXIVS MARSILLVS, *Hispalensis*. De studii Philosophici ratione Epistola, cum Hug. Grotio, &c.

THOMAS CAMPANELLA. Vide suprà, in Catalogo Auctorum qui Librorum Catalogos, &c.

Sixti V. Baldus Cataneus, Geltius Rogerius, Ioannes Franciscus Bordinus, Lælius Peregrinus, Ioannes Rivadellus, Vincentius Robardus.
Socratis, Daniel Heinsius, Iannutius Mannettus, Rodolphus Goclenius, Franciscus Charpenterius.
Sosfredi Calignonis, Guido Alardus.
Solini, Iacobus Grasserius, Ioannes Camers.
Solonis, Ioannes Meursius.
Stanislai Hosii, Stanislaus Rescius.
Stanislai Kotskæ, Franciscus Sacchinus, Stephanus Binetus.
Statii, Iulius Pomponius Lætus, Michaël Marolles.
Stephani Bernardi, Claudius Crochard.
Stephani Curcellæi, Arnoldus Poëlenburgius.
Stephani Gerlachii, Matthias Hafenresferus.
Stephani Iodelli, Carolus la Motte.
Stephani Szegedini, Matthæus Scaricæus.
Stephani Vinandi, Ioannes Winterus.
Strabonis, Isacus Casaubonus, Conrardus Heresbach.
Suetonii, Ioannes Schildius, Philippus Beroaldus.
Sulpitii Severi, Victor Giselinus.
Synesii, Dionysius Petavius, Ian. Cornarus.
S. Teresæ, Arnaldus d'Andilly, Godefridus Santvoortius, Ioannes à Iesu Maria, Sebastianus della Parra, Franciscus Ribera.
Terentii, Ælius Donatus, Caspar Sagittarius, Michael de Marolles.
Tertulliani, Beatus Rhenanus, Franciscus Iunius, Iacobus Pamelius, La Motte, Petrus Allix.

Thomæ Stapletonis, Henricus Hollandus.
Thomæ de Vio, Antonius Fonseca, Ioan. Baptista Flavius Aquilanus.
Thomæ Villanovani, Antonius Sanderus, Georgius Maigretius, Henricus Hyvæus, Nicolaus Baxius, Simplicianus à S. Martino.
Thucydidis, Franciscus Portus, Bart. Parthenius, Marcellinus.
Tiberii Deciani, Antonius Ricobonus.
Timæi Fabri, Hector Bouricius.
Tilmanni Geldropii, Adamus Sasboldus.
Titi Livii, Iacobus Philippus Tomasinus.
Tobiæ Prophetæ, David Mauden, Matthæus Vindocinensis.
Tobiæ Oelhafen, Christophorus Andreas Harsdoëffer.
Torquati Tassi, Bartholomæus Barbatus, Guido Casoni, Ioannes Baptista Mansus, Ioannes Petrus ab Alexandro, Lælius Peregrinus, Laurentius Ducci, Laurentius Iacomius.
Triboniani, Ioannes Chiffletius.
Tridentini, Cardinalis, Nicolaus Scutelsus.
Turnonii, Cardinalis, Ioannes Pelisso.
Tychonis Brahei, Ioan. Iessenius, Pet. Gassendus, Pet. Ioan. Resenius.
Valentini Mylii, Ioannes Caselius.
Valentini Schaccii, Eliardus Lubinus.
Vbaldi Bonarelli, Franciscus Ronconi.
Venantii Honorati Clementii Fortunati, Christophorus Broverus.
Victoris Trincavellii, Laurentius Marrucinus.
Vincentii Bandelli, Matthæus Bandellus.
Vincentii Laurei, Roger Tritonius.
Vincentii Pauli, Ludovicus Abelli.
Vincentii Pinelli, Nicolaus Pinellus, Paulus Gualdus.
Vincentii de Tullia, Franciscus Villarminus.
Virgilii, Ælius Donatus, Martignac, Michael de Maroles, Ioannes Ludovicus la Cerda, Probus & Servius.
Virginii Cæsarini, Alexander Gotofredus, Augustinus Favoritus, Iustus Regnius.
Vitruvii, Bernardinus Baldus, Gulielmus Philander.
Viti Ortelii VVinshemii, Vitus Vinshemius.
Viti Theodori, Ioannes Funccius.
Vlrici Sitzengeri, David Chytræus.
Vlrici Fabricii, Iustinus Goblerus.

Vrbani

His addendi Autores qui ſuam Vitam ſcripſerunt, nempe, Æneas Sylvius, Adrianus Barlandus, Antonius Mancinellus, Baptiſta Mantua, Baptiſta Van-Helmont, Baptiſta Vernaccia, Cæleſtinus V. Conrardus Pellicanus, Deſid. Eraſmus, Elbertus Leonius, Fridericus Tertius Imperator, Flavius Ioſephus, Franciſcus Iunius, Gregorius Nazianzenus, Georgius Buchananus, Hieronymus Cardanus, Iacobus Auguſtinus Thuanus, Iacobus de Somere, Ioachimus Fortius Ringelbergius, Joannes Funccius, Ioannes Tritemius, Ioannes Wethampſtedus, Marcus Antonius Imperator, Maximilianus Urientus, Michael Hoſpitalius, Michael de Marolles, Philippus Mornæus, Rabanus, Sigebertus Gemblacenſis, Theodorus Beza, Viglius ab Ayta Zuichemus.

INDEX

INDEX COGNOMINVM,

QVIBVS NOMINA SEV PRÆNOMINA ſubjuncta ſunt.

Brassicanus

Clemens

à Lapide

Mar-

Perales

Politus

Razzius

VVen-

PHILIPPI

PHILIPPI LABBE, BITURICI, SOCIETATIS IESV PRESBYTERI,

BIBLIOTHECA NUMMARIA,

EX THEOLOGIS, IVRISCONSVLTIS, MEDICIS, ac Philologis concinnata, & in duas Partes tributa:

I. De Antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, & Romanis.

II. De Monetis, Ponderibus & Menſuris.

Cum Mantiſſâ Antiquariæ Supellectilis, ex Annulis, Sigillis, Gemmis, Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, ſimilibúſque, Romanæ præſertim vetuſtatis Monimentis collectâ.

BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ PRIMA PARS.

De Antiquis Numiſmatibus.

Abrahamus Gorlæus, Antuerpianus.

THESAURUS Numiſmatum Romanorum: ſive Nummi Aurei, Argentei, Ærei, ad Familias Romanas ſpectantes, uſque ad obitum Auguſti. Acceſſerunt typi eorumdem Nummorum, quos Fulvius Urſinus omiſit, aut aliter edidit. Amſtelodami, apud Cornelium Nicolaum, 1608. in folio. Sunt & qui in 4. ibidem prodiiſſe aſſerant. De ejus Dactyliotheca, ſive Tractatu de Annulis dicemus in Mantiſſa.

Abrahamus Ortelius, Antuerpianus, Regis Catholici Geographus.

Præter ea Numiſmata, quæ in Theſauro Geographico, Parergo Ptolemaïco, aliiſque libris exhibuit:

Extant Deorum Dearúmque capita ex antiquis Numiſmatibus collecta ejus operâ, atque edita à Philippo Gallæo Antuerpiæ, anno 1573. Quæ poſtea anno 1602. emiſit in lucem Franciſcus Svvertius F. Antuerpianus, Hiſtorica narratione illuſtrata, Antuerpiæ, apud Ioannem Baptiſtam Vvintium, in 4.

VVen-

PHILIPPI

PHILIPPI LABBE, BITURICI, SOCIETATIS IESV PRESBYTERI,

BIBLIOTHECA NUMMARIA,

EX THEOLOGIS, IVRISCONSVLTIS, MEDICIS, ac Philologis concinnata, & in duas Partes tributa:

I. De Antiquis Numiſmatibus, Hebræis, Græcis, & Romanis.

II. De Monetis, Ponderibus & Menſuris.

Cum Mantiſſâ Antiquariæ Supellectilis, ex Annulis, Sigillis, Gemmis, Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, ſimilibúſque, Romanæ præſertim vetuſtatis Monimentis collectâ.

BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ PRIMA PARS.

De Antiquis Numiſmatibus.

Abrahamus Gorlæus, Antuerpianus.

THESAURUS Numiſmatum Romanorum: ſive Nummi Aurei, Argentei, Ærei, ad Familias Romanas ſpectantes, uſque ad obitum Auguſti. Acceſſerunt typi eorumdem Nummorum, quos Fulvius Urſinus omiſit, aut aliter edidit. Amſtelodami, apud Cornelium Nicolaum, 1608. in folio. Sunt & qui in 4. ibidem prodiiſſe aſſerant. De ejus Dactyliotheca, ſive Tractatu de Annulis dicemus in Mantiſſa.

Abrahamus Ortelius, Antuerpianus, Regis Catholici Geographus.

Præter ea Numiſmata, quæ in Theſauro Geographico, Parergo Ptolemaico, aliiſque libris exhibuit:

Extant Deorum Dearúmque capita ex antiquis Numiſmatibus collecta ejus operâ, atque edita à Philippo Gallæo Antuerpiæ, anno 1573. Quæ poſtea anno 1602. emiſit in lucem Franciſcus Svvertius F. Antuerpianus, Hiſtorica narratione illuſtrata, Antuerpiæ, apud Ioannem Baptiſtam Vvintium, in 4.

Achilles Statius, Lusitanus.

Vide infrà, verbo, Fulvius Ursinus.

Adolfus Occo, Augustanus Medicus.

Imperatorum Romanorum Numismata propè omnia à Pompeio Magno ad Heraclium, & Inscriptiones eorumdem, & symbola Emblematum accuratissimè: verùm absque figuris æri aut ligno incisis. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1579. in 4. & multis nummorum millibus auctius atque emendatius, Augustæ Vindelicorum, in 4. ad insigne pinûs, anno 1601. qui non fuit sæculi à Christo nato decimi sexti, sed sæculi decimi septimi primus.

Æneas Vicus, Parmensis.

Imperatorum XII. Icones è Numismatibus desumptas, cum aversis partibus, addita perbrevi cujusque vitæ descriptione, edidit Venetiis, anno 1554. in 8.

Idem anno 1555. primorum XII. Cæsarum Genealogiarum, Stemmatum, Consanguinitatum, Affinitatúmque veram delineationem in Tabula scitissimè sculpta exhibuit: quam V. C. Raphaël Trichet du Fresne omnis rei antiquariæ peritissimus inter cætera omnis generis *κειμήλια* servabat in exquisitissima sua Bibliotheca, cui nostra hæc Nummaria plurimum debere se ingenuè profitetur.

Reliqua librorum Æneæ Vici ad Imperatorum Historiam à Julio Cæsare usque ad Lucium Verum, à Jacobo Franco Chalcographo Veneto in lucem edita, Venetiis, apud Francum, 1601. in 4.

Augustarum Imagines æneis formis excusæ Venetiis cum earum Vitis, 1557. in 4. & anno 1562. Liber I. ex libris 23. Commentariorum in vetera Imperatorum Numismata, cum figuris, in 4.

Secunda pars Augustarum à Plotinæ ad Saloninam ex schedis Æneæ Vici, in 4.

Discorsi sopra le Medaglie de gli Antichi, Venetiis 1555. & alibi.

Plura vide infrà, verb. Iacobus Francus, Ioannes Baptista Duvallius, & Natalis Comes.

Andreas Fulvius, Prænestinus.

Primus omnium, ut quibusdam visum est, Effigies Imperatorum

rum in lucem dedit in libro, cui titulus est, Illustrium Imagines, Romæ, anno 1517. apud Iacobum Mazochium. Verùm alii librum hunc à Iacobo Sadoleto oblatum censent fuisse Leoni X. Papæ, sive ejus germanus auctor fuerit, sive hicce Andreas Fulvius, qui prætereà urbis Romæ descriptionem prosa & carmine celebrasse memoratur ab Onuphrio Panvinio Præfatione in Commentarios de Republica Romana.

Andreas Schottus, Antuerpianus, S. I.

Sexti Aurelii Victoris Historiæ Augustæ Breviario primùm à se reperto, tum alteri pridem vulgato, Imperatorum icones inseruit. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, 1579. in 8.

Idem Antonii Augustini Tarraconensis Archiepiscopi Dialogos XI. ex Hispanica dialecto Latinè reddidit, ut mox dicemus, & insuper duodecimum adjecit de Diis Deabúsque Gentilium, cum Catalogo Auctorum, qui de Numismatibus scripserunt, ex Hulsiano ferè deprompto.

Anonymi post nominatos Scriptores succedent suo deinceps ordine.

Antonius Augustinus, ex Alifano Ilerdensis Episcopus, ac tandem Tarraconensis Archiepiscopus, non Cæsar-Augustanus, ut scripsit nonnemo.

De Numismatibus priscis, eorúmque inscriptionibus ac symbolis Dialogos XI. eruditissimos edidit, Hispanico idiomate excusos.

Italicè vertit Dionysius Octavianus Sada, emisitque Romæ, 1592. in folio, apud Guillelmum Faciottum, cum ejusdem Sadæ auctario.

Iidem Dialogi in 4. Italicè excusi sunt cum figuris æri incisis, nec interprete, nec Bibliopola, nec anno expressis. Locus tamen editionis perhibetur Roma.

Latinè reddidit Andreas Schottus S. I. Antuerpiæ apud Henricum Aërtsium, anno 1617. cum Numismatum iconibus seorsim editis à Iacobo Bizo æri graphicè incisis.

Antonius Chappuys, Delphinas.

Vide infrà, verbo, Gabriel Simeon.

Antonius Piso, Lotharingiæ Ducis Medicus.

Discours sur les Medailles & graveures antiques, principalement

Romaines, avec une exposition particuliére de quelques planches, ou tables étant sur la fin du livre, &c. *Par Monsieur Antoine le Pois, Conseiller & Medecin du Duc de Lorraine,* Parisiis, apud Mamert. Patissonium, 1579. in 4.

Antonius Zantanus, Comes & Eques.

Primorum XII. Cæsarum verissimæ imagines ex antiquis Numismatibus desumptæ, addita perbrevi cujusque Vitæ descriptione, ac diligenti eorum quæ reperiri potuerunt Numismatum aversæ partis delineatione. Libri primi editio tertia Romæ apud Jacobum Mascardum, 1614. in 4.

Augustinus Iuveges, Siculus.

Panormitanorum Numismata explicuit. Vide infrà, verbo, Philippus Paruta.

Balthasar Perez, de Castello, Canonicus Burgensis.

Los discursos de la Religion, Castrametation, Assiento del Campo, Basios y exerçiçios de los antiquos Romanos y Griegos, del illustre Guillermo de Choul, del Conseio del Christianissimo Rey de Francia. Traduzido en Castellano de la Lingua Franceſa por el Maestro Balthasar Perez del Castillo, Canonigo, y natural de la Ciudad de Burgos. Lugduni, apud Guillelmum Rouillium, in 4. anno 1579.

Cæsar Baronius, Soranus, S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius.

In XII. Annalium Ecclesiasticorum Tomis à Christo nato usque ad annum MCXCVIII. veteres identidem Nummos ex cimeliarchiis Lælii Pasqualini, & aliorum Antiquariorum erutos literato orbi communicavit. Editi sunt Romæ, Antuerpiæ, Venetiis, Coloniæ, &c.

Cæsar Malfattus, Paduanus.

Vide infrà, verbo, Laurentius Pignorius.

Carolus Dux Croyiacus & Arschotanus, &c.

Ejus curâ & impensis olim congesta, æreque a Jacobo Biæo incisa Imperatorum à Romulo & Caio Julio Cæsare ad Justinianum Augustum Numismata, in 4. cum notis Joannis Hemelarii, anno 1627. edita: deinde insigni auctario locupletata, brevíque commentario, operâ Casperii Gevartii, ut ferunt, illustrata prodiêre Antuerpiæ, apud Henricum Aertsium, 1634. in folio. Prima editio in eadem urbe, apud Hieronymum Verdussium ab anno 1615. in 4. præcesserat.

Carolus

Carolus Patinus, Guidonis F. Parisiensis Medicus Doctor.

Familias Romanas in antiquis Numismatibus ab Urbe condita ad tempora Divi Augusti, ex Bibliotheca Fulvii Ursini, cum adjunctis Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis, restituit, recognovit, auxit. Parisiis, apud Joannem du Bray, Petrum Variquet & Robertum de Ninville, in folio, anno 1663.

Casperius Gevartius, I. C. Caesareus, Regiusque Consiliarius, & Historiographus, atque Vrbis Antuerpianae Archigrammateus.

Plura exhibet ad veterem Nummariam supellectilem spectantia in celebri pompa introitûs Serenissimi Principis Ferdinandi Austriaci Hispaniarum Infantis Belgarum & Sequano-Burgundionum Gubernatoris in urbem Antuerpiensem. In majori folio, 1642. Antuerpiae, apud I. Meurs.

Idem operi Golteziano de Imperatoribus Romanis à Balthasare Moreto, Antuerpiae, in folio, anno 1645. recuso, cum figuris luteo colore illitis, Vitas Imperatorum Romanorum addidit ab Alberto II. usque ad Ferdinandum III. Quod mirum fuisse neglectum ab Antiquario quodam erudito, qui quamvis magnus sit, & videatur solers, non tantùm extranea quaeque & longiùs dissita, sed etiam quae in oculis erant ac manibus, praetermisit.

Claudius Chiffletius, Bisuntinus, I. C.

De Numismate antiquo liber postumus prodiit Lovanii, in 8. 1628. apud Cornelium Conestinium, unà cum Erycii Puteani Tabulis rei Nummariae, de quibus egimus secunda Parte.

Idem subjunctus est Dissertationi de Othonibus aereis Henrici Thomae Chiffletii, 1656. in 4. Antuerpiae.

Claudius Guichardus, I. V. D.

Funerailles, & diverses manières d'ensevelir les Romains, Grecs, & autres Nations, tant anciennes que modernes, dediées au Duc de Savoye. Lugduni, apud Joannem De Tournes, in 4. anno 1581.

Claudius Menetrcius, Cemeliarchii Barberini Praefectus.

Extant sex tabulae Numismatum ad religionem Dianae Ephesiae spectantium post ejus opus postumum de symbolica Deae illius πολυμαστου statua, ut pluribus diximus in Mantissa Antiquariae supellectilis.

Conradus

Conradus Liechthenavius, Vrspergensis Abbas.

Imagines Imperatorum Romanorum insertæ sunt à recentiore quopiam, illius Chronico, quod editum est.

Constantinus Cajetanus, Syracusanus Siculus, O. B.

Dicitur in Bibliotheca Mariana R.P. Hippolyti Maraccii edidisse de Nummis & Numismatibus in honorem B. M. Virginis cusis libros duos. Verùm nec locus editionis, nec forma, nec tempus, aut Typographus adscribuntur, ut in aliis plerisque ejusdem aliorum Scriptorum lucubrationibus.

Constantius Landus, Complani Comes.

In veterum Numismatum Romanorum Miscellanea explicationes edidit, sed absque figuris: Lugduni, in folio, apud Sebastianum de Honoratis, anno 1560.

Dionysius Octavianus Sada.

Vide suprà, verbo, Antonius Augustinus.

Dominicus Tempesta, Romanus.

Vitæ Summorum Pontificum à Christo JESU ad Clementem VIII. Latino Italicoque sermone breviter conscriptæ, cum effigiebus eorum ex Nummis & Picturis excerptis, Romæ, apud Hieronymum Franzinum, 1596. in 8.

Franciscus Angelonus, Italus.

Historiam Augustam priscis Numismatibus illustratam, à C. Julio-Cæsare ad Constantinum Magnum Italico sermone scripsit, dicavitque Ludovico XIII. Francorum ac Navarræorum Christianissimo Regi: Romæ, in folio, apud Andream Feium, anno 1640.

Alia quoque scripsisse fertur, quæ ad manus meas nondum pervenerunt.

Illustrium imagines à Jano ad Henricum III. Conradi in Imperio successorem impressæ Lugduni in ædibus Antonii Blanchardi Chalcographi, impensis honestorum virorum Ioannis Monsnier, & *Francisci Iuste*; cujus nomen in prima pagina occurrit, anno à Virginis partu 1524. die 11. mensis Septembris: extant in Bibliotheca Foucquetiana.

Franciscus E. de Mezeray.

Historiæ Gallicæ tribus Tomis inseruit Numismata multa, quæ Regum nostrorum temporibus perhibentur fuisse cusa. Lutetiæ

tetiæ Parisiorum anno 1643. in folio, apud Matthæum Guillemot.

Franciscus Svvertius, F. Antuerpianus.

Deorum Dearúmque capita ex antiquis Numismatibus operâ Abrahami Ortelii collecta, atque à Francisco Svvertio Historica narratione illustrata: Antuerpiæ, apud Joannem Baptistam Urintium, 1602. in 4.

Ibidem anno seq. eadémque formâ, XII. Cæsarum imagines è Numismatibus expressæ, & Historica narratione illustratæ, ex Musæo Francisci Svvertii, & anno 1612. in eadem urbe apud Viduam & filios Joannis Moreti.

Franciscus Ximenez de Vvrea, Castellanus, Regis Hispaniæ & Regni Aragonici Chronologus.

Vide, Vincentius Joannes de la Stanosa.

Fulvius Vrsinus, Romanus.

Familias Romanas ex antiquis Numismatibus descripsit, & ad Divi Augustini tempora deduxit, cum appendice XXX. Familiarum ex libro de Familiis Romanorum Antonii Augustini Episcopi Ilerdensis. Romæ, apud Hæredes Francisci Tramezini, 1577. in folio.

Ex ejusdem Bibliotheca prodierunt imagines & elogia Virorum Illustrium & Eruditorum ex antiquis marmoribus, gemmis, lapidibus, & Numismatibus expressæ, cum Annotationibus. Romæ, formis Antonii Lafrerii, in folio, anno 1570. Anno præcedenti eisdem formis Antonii Lafrerii prodierant Illustrium Virorum, ut extant in urbe, expressi vultus collecti ab Achille Statio Lusitano, Romæ, in folio, 1569. Vide præterea infra, verbo, Theodorus Gallæus.

Gabriël Simeon, Florentinus.

Les illustres observations Antiques du Seigneur Gabriël Simeon Florentin, en son dernier voyage d'Italie l'an 1557. Lugduni, apud Joannem De Tournes, in 4. anno 1558.

Eadem Epitaphiorum ac Numismatum Antiquorum illustratio Italicè, iisdem formis eodémque anno cusa fuit: *Illustratione de gli Epitaphi & Medaglie Antiche*, &c.

Description de la Limagne d'Auvergne, en forme de Dialogue, avec plusieurs Medailles, Statuës, Oracles, Epitaphes, & autres choses mémorables, & non moins plaisantes que profitables, aux amateurs de l'Antiquité.

l'Antiquité. Traduit du Livre Italien de Gabriel Simeon, en Langue Françoise, par Antoine Chappuys du Dauphiné. Lugduni, apud Guillelmum Rouillium, in 4. anno 1561.

Gaillardus Guiranus, in Nemausensi Senescallia, Præsidialique Curiâ Regius Consiliarius, & in suprema Arausionensi Senator.

Explicatio duorum vetustorum Numismatum Nemausensium ex ære. Arausioni, apud Eduardum Rabanum, 1655. in 4.

Volumina tria ad calcem illius speciminis pollicetur, ac nominatim tertium de re Nummaria Veterum: cujus hæc sunt præcipua capita.

Catalogus Auctorum, qui de Numismatibus scripserunt, vel qui ad illorum intelligentiam faciunt.

De utilitate capienda è Numismatibus.

An Numismata sint monetæ annumeranda?

De Materia & falsitate Nummorum.

De fabricatione & notis Nummorum diversi generis.

De characteribus, numeris & litteris in illis expressis diversæ formæ.

De Numismatibus incognitis, vel saltem obscuris & abstrusis.

Explicatio & illustratio DXXXV. antiquorum Numismatum; ex diversis Auctoribus, & solo Nemausensi collectorum, ordine Alphabetico, cum figuris.

Quidquid sub terra est in apricum proferet ætas.

Gaspardus Vvaserus, Tigurinus.

De eo commodius agemus secunda Parte hujus Bibliothecæ.

Gregorius Chanlerius, Noricus, Eques Divi Marci.

Cæsareum Chronicon Germanico idiomate edidit à Cajo Julio Cæsare usque ad Matthiam, Imperatorum imaginibus identidem insertis distinctum.

Illud idem Belgicè prodiit, in folio, anno 1617. Amsterodami.

Extant quoque Imperatorum ac Cæsarum Romanorum à C. Julio Cæsare usque ad Maximilianum II. Austriacum descriptiones Nicolai Reusneri, & Georgii Sabini, Lipsiæ, anno 1572. in 8.

Guillelmus Camdenus, Reginæ Anglorum Historiographus.

In sua Britannia, sive Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, &

& Insularum adjacentium Chorographica Descriptione, congessit aliquot antiqua Numismata Britannica. Excusa est sæpius ab anno 1586. in 8. &c. sed præcipuè spectabilis editio in folio, cum Tabulis Chorographicis, anno 1607.

Guillelmus du Choul, Regis Francorum Consiliarius, & Baillivus Montium Delphinatus.

Discours de la Religion des Anciens Romains, illustré d'un grand nombre de Medailles, & de plusieurs belles figures, retirées des Marbres antiques, qui se trouvent à Rome, & par la Gaule. Lugduni, apud Guillelmum Rouillium, 1556. in folio: deinde ibidem, anno 1567. in 4.

Discours sur la Castrametation & discipline militaire des Romains: des Bains & antiques exercitations Grecques & Romaines. Lugduni, apud eundem Typographum, 1555. & 1557. in folio.

Los discursos de la Religion, &c. Vide suprà, verbo, Balthasar Perez.

Vvillelmum hunc Brassicanum vocat alicubi Joannes Thomas Freigius I. C. Altorffinus, nonnullosque in fraudem induxit, qui cum Joanne Alex. Brassicano confuderunt.

Guillelmus Ronillius, Lugdunensis Typographus.

Promptuarium Iconum edidit anno 1553. in 4. in duas partes tributum. Prima complectitur Icones insigniorum à sæculo hominum, subjectis eorum vitis. Secunda à Christo nato incipit perpetuam ducens seriem usque ad Henricum II. Francorum Christianissimum Regem. Sed tantum abest, quod notavit Lævinus Hulsius, ut Thesaurum antiquitatum Jacobi Stradæ Mantuani editione sua illustraverit, ut potiùs additione quamplurimorum nummorum fictitiorum corruperit.

Helisæus Rosleinius.

In Germanica descriptione Alsatiæ anno 1593. Argentorati edita expressit plurima Numismata quæ ibidem reperta sunt.

Henricus Thomas Chiffletius, Sequanus.

De Othonibus æreis Dissertatio. Antuerpiæ in 4. ex officina Plantiniana anno 1656. cum Claudii Chiffletii, de quo suprà meminimus, libro postumo de Antiquo Numismate.

Hieronymus Megiserus, Co. P. Cæsarei Archiducum atque Ordinum Austriæ Historiographus.

Theatrum Cæsareum Historico-Poëticum, quo omnium &

singulorum Romanorum Imperatorum cùm Icones ex antiquis Numismatibus expressæ, tum vitæ describuntur, cum Elogiis ex optimis quibusque Poëtis collectis. Lentiis ad Istrum, ex Typographio Joannis Planci, anno 1616. in octavo, & Augustæ Vindelicorum, 1617. in octavo, apud Joannem Kruger.

Hubertus Goltzius, Herbipolita, Venlonianus, Belga, Antiquariorum suæ ætatis, ut ferunt, coryphæus.

Icones Imperatorum Romanorum è priscis Numismatibus ad vivum delineatæ & brevi Historica narratione illustratæ. Brugis Flandrorum, anno 1558. in folio. Hispanico idiomate redditas ab Imperatore Julio Cæsare ad Ferdinandum I. & anno 1560. excusas cum aliis ejusdem operibus exhibet Bibliotheca nostra. Eædem Gallico, aliisque vernaculis idiomatis prodierunt. Porro insigniter hallucinatur Antiquarius quidam vir doctus, dum *Miniatas* appellat, cùm ad oculum cuivis non cœco pateat, *Luteo*, sive flavo colore illitas esse: quo fit ut vulgò Gallicè vocentur, *les Iaunes de Goltzius.*

Idem *Caii Iulii Cæsaris* Numismata cum aversis partibus sculpsit, emisitque Brugis anno 1563. in folio, & anno demum 1574. eadem formâ edidit *Octaviani Augusti* Numismata. *Tiberii* verò, quę extant, post ejus mortem prodierunt.

Idem Fastos Magistratuum & Triumphorum Romanorum ab Urbe condita ad Augusti obitum ex antiquis, tam Numismatum, quàm marmorum monimentis restitutos, S. P. Q. R. dedicavit. Brugis Flandrorum, 1566. in folio, & 1571.

Addidit quoque postea Siciliam & Magnam Græciam, sive Historiæ Urbium & Populorum Græciæ ex antiquis Numismatibus restitutæ libros quatuor. In eadem Brugensi urbe, 1576. in folio.

Ejusdem Thesaurus rei Antiquariæ uberrimus ex antiquis tam Numismatum quàm marmorum inscriptionibus conquisitus, & in locos communes distributus, prodiit Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, anno 1579. in 4. tum deinde in eadem urbe in folio minori, anno 1618. apud Guillelmum à Tongris operâ ac studio Joannis Bixæi.

Omnia verò Huberti Goltzii numismatica opera ad Romanæ & Græcæ Antiquitatis illustrationem spectantia, exceptis Fastis ac Thesauro, edidit Tomis tribus Balthasar Moretus, Antuerpiæ in officina

ficina Plantiniana, annis 1644. & 1645. in folio, his titulis.

Icones Imperatorum Romanorum ex priscis Numismatibus ad vivum delineatæ & brevi Historica narratione illustratæ per Hubertum Goltzium. Accessit modò Imperatorum Romanorum series ab Alberto II. Augusto ad usq; Ferdinandum III. Augustum per annos CC. continuos deducta stylo & operâ Casperii Gevartii, J. C. Archigrammatei Antuerpiani, & Historiographi Cæsarei, 1645.

C. Julii Cæsaris, Augusti & Tiberii Numismata ab Huberto Goltzio quondam sculpta Ludovici Nonni commentario illustrata, anno 1644. Prima verò editio jam prodierat ab anno 1620. in eadem Antuerpiensi urbe, apud Hieronymum Verdussium, in folio.

Græciæ, ejusque Insularum & Asię minoris Numismata ab Huberto Goltzio quondam sculpta Ludovici Nonni commentario illustrata, anno 1644. Prima editio prodierat jam ab anno 1620. ibidem eadémque formâ.

Iacobus Biæus, Antuerpianus, Chalcographus.

Numismata Imperatorum Romanorum Aurea, Argentea, Ærea, à Caio Julio Cæsare usque ad Valentinianum Augustum. Antuerpiæ, anno 1617. in folio, apud Verdussium & Bellerum.

Ejusdem studio atque operâ recusa sunt sculpta olim ab Huberto Goltzio pleraque Numismata, de quibus mox nobis erit sermo; Thesaurus quoque rei Antiquariæ uberrimus, & alia plurima.

La France Metallique contenant les Actions celebres, tant publiques que privées, des Roys & des Reynes, remarquées en leurs Medailles d'or, d'argent, & de bronze, tirées des plus curieux cabinets, par Iaques de Bie Calcographe. Parisiis, apud Joannem Camusat, in folio, anno 1636. Verùm ut id obiter Lectorem meum moneam, omnia hæc propemodum conficta sunt ad libitum, fucúmque faciunt minùs eruditis.

Les Familles de la France illustrées par les monumens des Medailles anciennes & modernes, &c. ibidem, eodémque anno, atque adeò eâdem, hoc est, sublesta, saltem in plerisque, fide, quæ nobis nuper cusa & pro ingenio ac libidine cujusque efformata pro priscis obtrusit, ut norunt apprimè rerum istarum periti, sive Parisienses sive externi.

Les vrais Portraits des Rois de France, tirez des Sceaux, Medailles & autres Effigies, par Iaques de Bie. Seconde edition augmentée de nouveaux portraits & enrichie de leurs Eloges & Vies, par le Pére Hilarion de Coste Minime. Parisiis, 1636. in folio.

Iacobus Francus, Chalcographus Venetus.

Reliqua librorum Æneæ Vici Parmensis ad Imperatoriam Historiam spectantia in lucem edita apud Francum, Venetiis, 1601. in 4.

Secunda pars Augustarum à Plotina ad Saloninam ex schedis ejusdem Æneæ Vici. In eadem Urbe Veneta, apud eundem Francum, in 8.

Iacobus Gretserus, Marockdorfensis Germanus, è Societate Iesu, Theologus eximius.

De Cruce & Numismatis Crucigeris plurima accuratissimo studio collegit, eaque præclara, Tomo III. insignis operis de Cruce, quod tum in 4. non semel, tum in folio, excusum habetur in omnium manibus.

Iacobus Gutherius, è Calvomonte Lingonum, in Senatu Parisiensi Advocatus, Civis ac Patricius Romanus.

De veteri jure Pontificio urbis Romæ libros quatuor, & tres de jure Manium, seu de ritu, more, & legibus prisci funeris, edidit Parisiis, in 4. apud Nicolaum Buon, annis 1612. & 1615. in quibus nonnulla inseruit Numismata figuris æreis expressa.

In tertio verò opere, quod inscribitur, de officiis Domus Augustæ Publicæ & Privatæ libri tres, cap. xix. libri ultimi agit de Procuratoribus Monetæ, quod ad alteram fortè partem Nummariæ hujus Bibliothecæ propiùs quibusdam pertinere videbitur. Parisiis, in 4. anno 1628. apud Sebastianum Cramoisy.

Iacobus Sadoletus, Carpentoratensis Episcopus & postea S. R. E. Cardinalis.

Primus omnium, ut nonnullis placet, Imperatorum Romanorum effigies in lucem dedit, edito Romæ, anno 1517. apud Joannem Mazochium libro, cui titulus est: *Illustrium Imagines*, & Leoni X. Romano Pontifici è familia Medicea oblato. Verùm, ut jam monui, sunt qui cum Gesnero, ejusque breviatore Simlero librum illum vendicent Andreæ Fulvio, nisi fortè conjunctis operis in illud opus incubuerint.

Iacobus

Iacobus Sirmondus, Ricomagensis Arvernus, è Societate Iesu, Vir in omni Antiquitatis præsertim, Romanæ, cognitione mirabilis.

Ejus curâ ac pervigili studio congestum est quidquid ferè in Parisiensi nostro Numismatum antiquorum κειμηλίῳ visitur, ex quo deprompsit pleraque ex iis, quæ publici juris esse voluit, in eruditissimis in Sidonium, Ennodium, aliósque Auctores commentariis.

Idem paucis ante obitum annis libellum scripsit, cui titulus, *Triplex nummus antiquus, Christi Domini, Perperenæ civitatis, Hanniballiani Regis.* Parisiis, apud Sebastianum & Gabriëlem Cramoisy, anno 1650. in 8. eundémque duobus aliis libellulis, quos *Anti-Tristanos* indigetavit, paulò post vulgatis adversùs oppugnatorem, defendit, emisitque ex eorumdem officina anno eodem.

Iacobus Strada, Mantuanus Antiquarius.

Thesaurus Antiquitatum, sive Imperatorum Romanorum Orientalium & Occidentalium Icones ex antiquis Numismatibus delineatæ absque aversis illorum partibus. Lugduni, anno 1551. in 4. Vide præterea quæ in eandem rem disseremus infrà, verbô, Onuphrius Panvinius.

Ejus verò Epitome triennio post ibidem prodiisse dicitur in 4. & Tiguri, 1558. in 8. apud Froschoverum. Ego Gallicam quoque versionem vidi hoc titulo. *Epitome du Thresor des Antiquitez: c'est à dire, Portraits des vrayes Medailles des Empereurs, tant d'Orient que d'Occident, de l'étude de Iaques Strada, Mantuan Antiquaire, traduit par Iean Louveau d'Orleans. A Lyon par le même Iaques Strada & Thomas Guerin,* 1553. in 4.

Iacobus Zabarellus, Comes.

Gli Arronzi, ò vero de' Marmi antichi, dove con la Vita di Lucio Arronzio Stella si da notitia delle antichità, &c. Patavii, 1655. in 4. In eo sanè multæ extant marmorum antiquorum imagines. Verùm hicce liber cum Monimentis Brixianis Octavii Rossi, Fastis Kalendaribus Sibrandi Siccamæ, Calendario edito post Commentarios R. P. Ægidii Bucherii in Canonem Paschalem Victorii Aquitani, ac similibus, ad Mantissam potiùs pertinere videntur, quàm ad hancce Bibliothecam Nummariam.

Ianus.

Ianus-Iacobus Boissardus, Vesuntinus, Burgundo-Sequanus.

Virorum Illustrium varias Icones in æs incidendas curavit: sed eæ ex antiquis Numismatis vix sunt expressæ, atque ad posteriora pleræque spectant tempora.

Ignatius Braccius, Presbyter Recinetensis.

Phœnicis effigies in Numismatis & gemma quæ in Musæo Goaldino asservantur & parietibus indicata cum ejusdem avis vindiciis. Romæ, typis Vitalis Mascardi, 1637. in 4.

Illustrium Imagines à Jano ad Henricum III. Imperatorem, &c. Vide suprà, verbo, Franciscus Juste.

Ioannes Baptista de Cavalleriis.

Ejus operâ ac studio æneis tabulis incisæ sunt Romanorum Imperatorum effigies, elogiis per *Thomam Treterum* sanctæ Mariæ Trans-Tiberinæ Canonicum ex diversis Scriptoribus collectis illustratæ. Romæ, in 8. anno 1583.

Idem omnium Pontificum Romanorum Icones à sancto Petro ad Clementem VIII. collegit ac æneis typis publicavit, additis singulorum, cùm ea resciri potuerunt, insignibus, in eadem urbe Romana, anno 1595. in 8. Verùm eæ vix ad rem nostram pertinere posse videntur, cùm ex antiquis Pontificum Numismatibus non fuerint expressæ: quod de Imperatorum Romanorum Iconibus vulgò jactatur.

Ioannes Baptista Duvallius, Linguarum Orientalium Interpres.

Augustarum Imagines æneis formis expressæ, Vitæ quoque earumdem breviter enarratæ: signorum etiam quæ in posteriori parte Numismatum efficta sunt, ratio explicata ab Ænea Vico Parmensi, nunc à Joanne Baptista Duvallio restitutæ, Parisiis, 1629. in 4. apud Macæum Ruette.

Ex libris XXIII. Commentariorum in Vetera Romanorum Imperatorum Numismata Æneæ Vici Parmensis liber primus de Caio Julio Cæsare, opus à Joanne Baptista Duvallio restitutum.

Reliqua librorum ejusdem Vici ad Imperatoriam Historiam spectantia olim à Jacobo Franco edita, nunc ab eodem Duvallio restituta. Ibidem.

Discorsi di Enea Vico Parmigiano sopra le medaglie de gli Antichi, divisi in due libri, ove si dimostrano notabili errori de' scrittori Antichi e moderni intorno alle Historie Romane, opera restituta da Gio. Battista Duval-

Duvallio. Parisiis, in 4. 1619. apud eundem Macæum.

Ioannes Baptista Menestrerius, Divionensis.

Medailles, Monnoyes, & Monuments antiques d'Imperatrices Romaines, dediées à la Reyne Mére du Roy. Divione, apud Claudium Guyot, 1625. in folio.

Medailles illustres des Anciens Empereurs & Imperatrices de Rome. Divione, apud Petrum Palliot, 1642. in 4.

Ioannes Cuspinianus, Streinfordiensis, Franco, Maximiliani I. Imperatoris Medicus, Historiographus, Consiliarius & Orator.

Operi illius de Cæsaribus & Imperatoribus Romanis insertæ leguntur nonnumquam illorum figuræ. Prodiit Argentorati, 1540. apud Cratonem Mylium, Basileæ, 1561. apud Joannem Oporinum unà cum Vvolfgangi Hungari Annotationibus, & postea Francofurti, in folio, anno 1601. Typis Vvechelianis.

Ioannes Franciscus Andreas, de Vstarroz, Cæsaro-Augustanus.

Vide infrà, verbo, Vincentius Joannes de la Stanosa.

Ioannes Faber, Bambergensis, Medicus Romanus.

Vide infrà, verbo, Theodorus Gallæus.

Ioannes Hemelarius, Canonicus Cathedralis Ecclesiæ Antuerpiensis.

Imperatorum Romanorum à Caio Julio Cæsare ad Heraclium usque Numismata aurea excellentissimi Ducis Croyi & Arschotani, &c. magno & sumptuoso studio collecta, nec minore fide atque arte Jacobi de Bie ex archetypis, in æs incisa, brevi & Historico commentario explicuit primum anno 1615. in 4. apud Hieronymum Verdussium: tum altera editione quæ priore correctior affirmatur, anno 1627. in 4. in eadem urbe Antuerpiensi, apud Petrum & Joannem Belleros.

Eadem postea insigni quoque Auctario locupletata, brevíque commentario illustrata prodiêre, Antuerpiæ, apud Henricum Aertzium, anno 1654. in folio.

Ioannes Huttichius.

Imperatorum Romanorum libellum unà cum imaginibus ad vivum expressis exhibuit primum anno 1525. Argentinæ: in qua deinde urbe recusus fuit anno 1534. & 1537. Lugduni deinde anno 1550. & 1554.

Ioannes-Iacobus Chiffletius, Burgundo-Sequanus, Vesuntinus, Regius Archiatrorum in Belgio Comes & Archiducalis Medicus primarius.

Anno labentis sæculi XVII. Lugduni apud Claudium Cayne emisit in lucem librum in 4. cui titulum fecit: Vesontio Civitas Imperialis libera, Sequanorum metropolis, plurimis nec vulgaribus sacræ profanæque historiæ monumentis illustrata, & in duas partes distincta.

Ejusdem, Anastasis Childerici Francorum Regis, sive, Thesaurus sepulcralis Tornaci Nerviorum effossus & commentario illustratus prodiit Antuerpiæ, ex officina Plantiniana Balthazaris Moreti, anno 1655. in 4. Utrique operi multas inseruit Numismatum antiquorum descriptiones, multáque alia ad Romanas antiquitates spectantia.

Ioannes-Iacobus Luckius, Argentoratensis.

Ad alteram potiùs quàm ad hancce primam Bibliothecæ Nummariæ partem, imò ad neutram fortè meliùs, spectare videtur Sylloge Numismatum elegantiorum, quæ diversi Imperatores, Reges, Principes, Comites, Respublicæ, diversas ob causas ab anno 1501. ad annum usque 1600. cudi fecerunt, Historica narratione illustrata. Argentinæ, anno 1620. in folio, typis Reppianis. Nos enimvero hîc prisca dumtaxat Numismata venamur atque inquirimus, non hoc aut superiori demum sæculo fabricata.

Ioannes Lupanus, Aurelianensis.

Vide suprà, verbo, Jacobus Strada.

Ioannes Macarius, Canonicus Ariensis.

Vide verbo, Joannes Chiffletius in Mantissa rei Antiquariæ.

Ioannes Quinonius, Hispanus.

Explication de unas monedas de oro de Emperadores Romanos, que se han hallado en el Puerto de Guadarrama, donde se refieren las vidas dellos y el origen dellas, con algunas advertentias politicas; y otras cosas antiquas y curiosas. Lo uno y lo otro ofrece al Rey Don Felipe Tercero, el Doctor Iuan de Quinones, Alcalde Mayor en la villa de Escurial, y Iuez de sus obras y bosques Reales de S. Lorenzo. Madriti, anno 1610. apud Ludovicum Sanchez, in 4.

Ioannes

Ioannes Sambucus, Tyrnaviensis, Pannonius, Historicus & Medicus Cæsareus.

In fine Emblematum Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum, anno 1576. in 16. editione quarta (quæ mihi modò est præ manibus) & fortè etiam alibi ac pluries excusorum, extant studio ejus collecti aliquot antiqui operis nummi à pag. 290. 334. sunt & aliæ editiones in 8. apud eumdem Plantinum, quas modò non persequor.

Ioannes Smith, sive Smetius à Kettenis, Calvinianus Neomagensium Minister, Antiquarius, Philosophus, &c.

Thesaurus Antiquarius Smetianus, seu Notitia elegantissimæ supellectilis Romanæ & rarissimæ Pinacothecæ plurimo labore 33. annorum curriculo in veteri Batavorum oppido, seu Noviomagi ad Vachalim collectæ, prodiit anno 1658. Amstelodami, apud Reynerum Smetium, J.P. in duodecimo, cum Numismatum ipsorum serie seu Pinace.

Ioannes Speeld, Londinensis Civis.

Sigilla & Monetæ Regum Angliæ extant in Historia Britannica Anglicè, ab eo conscripta & Londini edita anno 1614. in folio: quam biennio pòst, Philemon quidam Hollandus apud Conventrianos Medicinæ Doctor Latinitate donatam, ornatamque hoc titulo emisit in lucem in eadem urbe. Theatrum Imperii Magnæ Britanniæ exactam Regnorum Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ, & Insularum adjacentium Geographiam ob oculos ponens, unà cum Comitatibus, Centuriis, Urbibus, & primariis Comitatuum oppidis intra Regnum Angliç divisis & descriptis.

Ioannes Tristanus, Sanctamantius, Eques.

Commentaires Historiques contenans l'Histoire generale des Empereurs, Imperatrices, Cesars, & Tyrans de l'Empire Romain, illustrée, enrichie & augmentée par les Inscriptions & Enigmes de treize à quatorze cens Medailles, tant Grecques que Latines, & autres trés-rares & trés-riches Monumens de l'Antiquité expliquez: le tout divisé en trois Tomes: le dernier desquels finit à l'Empereur Iovian. Parisiis, anno 1644. in folio, apud Dionysium Moreau.

Prodierat jam ab anno 1635. unus Tomus à Caio Julio Cæsare ad Pertinacem, excusus in eadem Galliæ Metropoli, in folio, apud Petrum Billaine.

Réponse du Sieur de Crapin au Sieur de la Mothe-Humont, addressée & communiquée à Bovino, &c. Parisiis, 1650. in 4.

Idem eodem anno 1650. adversùs R.P. Jacobi Sirmondi cultissimum libellum de Triplici nummo, duosque ejusdem Anti-Tristanos, edidit tres libellos in 8. apud Viduam Dionysii Moreau.

Iosephus Castalio, Anconitanus.

Numismatum Ostiensis & Trajani portûs Explicatio, auctore Josepho Castalione. Romæ, apud Jacobum Mascardum, in 4. libellus paginarum omnino duodecim.

Iosephus-Iustus Scaliger, Iulii Cæsaris Agennensis Medici filius.

Constantini Imperatoris Byzantini Numismatis argentei Expositio præmissa Diatribæ Marquardi Freheri de eodem nummo, edita fuit in 4. anno 1604. iterumque recusa Parisiis cum ejusdem Scaligeri variis opusculis in 4. apud Hadrianum Beys, Parisiis, anno 1610. curâ Isaaci Casauboni publicatis. Nec omittendæ quædam ejusdem Scaligeri epistolę Gallicę, in quibus nonnulla exponit Numismata.

Iulius Cæsar Capacius.

In Historia Neapolitana, quam scripsit, multa proposuit Neapolitanorum antiqua Numismata. Liber editus fuit Neapoli, in 4. anno 1607.

Lævinus Hulsius, Gandensis, Flander.

XII. Cæsarum & LXIV. ipsorum uxorum ac parentum effigies ex antiquis Numismatibus æri incisas edidit Francofurti ad Mœnum, apud Brachfeldit, anno 1596. in 4. & Spirę Nemetum, anno 1599.

Idem Imperatorum Romanorum seriem à Caio Julio Cæsare ad Rudolfum II. Augustum ex priscis recentibusque Numismatibus emisit Francofurti, anno 1603. & 1605. in 8.

Huic postremo operi præfixit Syllabum Auctorum qui de Numismatibus ante eum scripserunt, quem si semel inspexisset Antiquarius nescio quis Bruxellopolitanus, auctiorem sanè Elenchum Serenissimo Archiduci Leopoldo cæterisque rei Antiquariæ studiosis indagatoribus obtulisset.

Lævinus Torrentius, Gandensis, Episcopus Antuerpiensis eruditissimus.

Teruntur omnium manibus doctissimi illius Antistitis Commentaria

mentaria in Caii Suetonii Tranquilli XII. Cæsares, (nec-non in Horatii Flacci carmina) quamplurimis referta Numismatis, tum seorsim edita in 8. Antuerpię, apud Christophorum Plantinum, anno 1578. tum in collectione Variorum in Suetonium excusa, Parisiis, apud Hadrianum Beys, 1610. in folio.

Laurentius Pignorius, Patavinus.

Le vere e nove Imagini de gli Dei delli antichi di Vicenzo Cartari, Reggiano, ridotte da capo à piedi in questa novissima impressione alle loro reali, & non piu per ladietro osservate simiglianze cavate, d'a Marmi, Bronzi, Medaglie, Gioie, & altre memorie Antiche, con esquisito studio & particolare diligenza da Forenzo Pignoria Padoüano. Aggiontevil le Annotationi del medesimo sopra tutta l'opera & un discorso intorno le Deita delle Indie Orientali & Occidentali con le loro figure tratte de gl' originali, che si conservano nelle Galerie de' Principi & ne' musei delle persone private. Con le allegorie sopra le imagini di Cesare. Malfatti Padoüano migliorate & accresciute novamente. Patavii, apud Petrum Paulum Tezzum, anno 1615. in 4.

Leo Allatius, Chius, Græcus, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus.

De Homerico Chiorum Numismate differuit eruditissimè in Prolegomenis Diatribæ de Patria Homeri impressæ Lugduni, apud Laurentium Durand, anno 1640. in 8.

Leonardus Augustinus, Senensis.

Ad Philippi Parutę Siciliam iterum excusam nonnulla addidit Numismata. Romæ, in folio, anno 1649. apud Ludovicum Grignanum. Vide infrà, verbo, Philippus Paruta.

Ludovicus Nonnius, Medicus Antuerpianus.

Consule sis quæ suprà diximus in Huberto Goltzio, cujus Græciam (intacta tamen Sicilia, &c.) atque Imperatorum Julii, Augusti & Tiberii Numismata eruditissimis commentariis illustravit.

Ludovicus Savot, Medicus Regius ac Facultatis saluberrimæ Parisiensis.

Discours sur les Medailles antiques, divisé en quatre Parties: esquelles il est traitté, si les Medailles antiques étoyent monnoyes: de leur matiere: de leur poids: de leur prix: de la valeur qu'elles peuvent avoir aujourd huy selon qu'elles sont rares ou communes, antiques & vrayes, ou bien modernes, contrefaites ou moulées: Quelles sont celles

qui sont telles : Par quels moyens & marques il les faut reconnoître. Et de plusieurs autres choses peu connuës concernant les monnoyes, les metaux, les mineraux, les mesures & poids antiques, &c. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy.

Marcus Antonius Muretus, Lemovix Gallus.

Νομισματογραφία de duobus Numismatis à Zamoscio missis, cum Renati Pincæi Idyllio & Frederici Morelli carmine.

M. Mantua Benavidius, Patavinus Iurisconsultus.

Ex ejus Musæo anno 1567. Venetiis, & ibidem anno 1570. prodierunt in folio Imagines illustrium Jureconsultorum quæ inveniri potuerunt ad vivum expressæ.

Eodem anno & eadem in urbe necnon eadem forma, effigies illustrium Philosophorum & Sapientum ab eorum Numismatibus extractæ, apud Girolamum Olgranum.

Ibidem anno sequenti, Imagines quorumdam Principum & illustrium Virorum in ære insculptæ apud Bologninum Zalterium.

Marcus Velserus, Duumuir Augustanus.

Libro sexto Rerum Augustanarum Vindelicarum & in aliis eruditissimis operibus nonnulla repræsentavit Numismata magno studio collecta cum plerisque aliis venerandæ antiquitatis monumentis. Venetiis, in folio, anno 1593.

Marquardus Freherus, Iurisconsultus & Comitis Palatini ad Rhenum Consiliarius.

De Constantini Imperatoris Byzantini Numismate argenteo Diatriba extat tum seorsim excusa anno 1600. tum post ejusdem nummi expositionem à Josepho Scaligero elucubratam, anno 1604 in 4.

Videnda quoque in altera Nummariæ hujus Bibliothecæ parte Dissertatio ejusdem de Numismate census à Pharizæis in quæstionem vocato, sive Votinus sermo in ea verba Christi Domini: *Date ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*, &c.

Desideratur ab eodem scriptus, ut perhibetur, liber, inscriptusque Pomponius, sive de Numismatibus veteribus & re monetaria.

Martinus Rota.

XXIV. Romanorum Imperatorum effigies à Caio Julio Cæsare ad Alexandrum Severum ex antiquis marmoribus & Numismatis

matis desumpsit,edidítque. Venetiis, in folio,1570. formis Claudii Bacheti.

Natalis Comes, sive de Comitibus, Patricius Venetus.

Æneæ Vici Parmensis Augustarum Imagines ex Italico sermone in Latinum transtulit. Vide suprà, verbo, Æneas Vicus.

Octavius de Strada, à Rosberg, Germanus Iacobi filius, Civis Romanus, Imperatoris Rodulfi II. Antiquarius.

Vitæ Cæsarum Imperatorúmque Romanorum Orientalium & Occidentalium à C. Julio Cæsare ad Matthiam Austriacum Augustum. Francofurti, in folio, anno 1615. apud Joannem Bringerum; & apud alios, &c.

Alteri editioni Francofordianæ anni 1629. in folio,apud Eberardum Kitserum,accesserunt Historia & series belli Bohemico-Germanici & Genealogia Ducum, Archiducum, Regum & Imperatorum ex illustrissima Familia Austriaca prognatorum.

Onuphrius Panvinius, Veronensis, Ordinis Augustiniani, Vir usquequaque doctissimus.

Fasti & Triumphi Romanorum à Romulo Rege usque ad Carolum V. Augustum: sive, Epitome Regum, Consulum, &c. additis Imperatorum Orientalium & Occidentalium verissimis iconibus ex vetustissimis Numismatis quàm fidelissimè expressis ex Musæo Jacobi Stradæ Mantuani, Civis Romani. Venetiis, anno 1557. in folio literis capitalibus.

Idem eximius Antiquitatum Romanarum Scrutator in aliis suis operibus Numismatum veterum meminit, & de Monetis, & Ponderibus quædam subinde aspergit.

Philippus Paruta.

Liber inscriptus, *Tesoro delas Medalas Espanolas.*

Paulus Albinianus de Raias, Societatis Iesu, Præpositus Domûs Professæ Valentinæ in Hispania.

Vide verbo, Vincentius de la Stanosa.

Paulus Petavius, Aurelianensis, in suprema Regni Francorum Curia Senator integerrimus.

Veterum Nummorum γνώρισμα publicavit Parisiis, anno 1610. in 4. Illud mihi V.C. Alexander Petavius ejus filius, idemque Senator Parisiensis eruditissimus atque humanissimus dono dedit

dedit cum ejuſdem Auctoris Antiquariæ ſupellectilis portiunculâ, eodem anno eademque in urbe in æs inciſa, necnon eodem Syntagmate de Nithardo Comite Caroli Magni ex filia nepote, anno 1613. ac Diſſertatione de Epocha annorum Incarnationis Chriſti, anno 1607. in lucem emiſſis.

Petrus Antonius Raſcaſius, Dominus de Bagarris, Cimeliarcha Regius.

La neceſſité de rétablir l'ancien uſage des parfaites Medailles, dans toutes les Monnoyes. Pariſiis, apud Joannem Berjon, in 4. anno 1611.

Idem in eam rem multa ſcripſerat, ſed omnia dumtaxat imperfecta, quorum nonnulla apud me ſervo.

Petrus Carrera.

Plurima Numiſmata Catanenſium deſcripſit in Commentariis Hiſtoricis rerum Catanenſium Italico Sermone ab eo editis Catanæ in Sicilia, anno 1641. in folio, duobus voluminibus.

Petrus Seguinus, Pariſienſis, ſancti Germani in Urbe Decanus, Abbas Fidemienſis, &c.

De Nummo Britannico Epiſtola ad Raphaëlem Trichetium du Freſne. Pariſiis, anno 1659. in 8.

Ejuſdem Epiſtola altera ad Franciſcum Gottifredum Equitem Romanum ſuper dubiis quibuſdam ad nummos familiarum Romanarum Fulvii Urſini ſpectantibus. Lutetiæ Pariſiorum, in 8. anno 1660.

Plurima quoque Viri eruditi expectant in dies ex ejus Antiquitatum Romanarum uberrimo promptuario.

Philemon, Hollandus.

Vide ſuprà, verbo, Joannes Speeld.

Philippus Paruta.

Della Sicilia di Paruta deſcritta con Medaglie Parte prima. In Palermo, anno 1602. in folio, è riſtampata con l'Agglunta di Leonardi Agoſtini, all' Altezza Reale del Sereniſſimo Duca d'Orleans, Zio della Maeſta Chriſtianiſſima. Romæ in Typographio Ludovici Grignani, anno 1649. in folio.

Exhibita ab eodem Philippo Paruta Numiſmata Panormitanorum antiqua Annalibus ſuis Panormitanis Italicè ſcriptis inſeruit, explicavitque Auguſtinus Juveges, Panormi, tribus voluminibus in folio, anno 1649.

Philippus

Philippus Rossus.

In Roma Antiqua & Roma Nova, anno 1645. Romæ, in 8. excusis apud Franciscum Monetum nonnulla exhibet Numismata.

Prosper Parisius, Consentinus, Patricius Romanus.

Tabulam Geographicam Regni Neapolitani antiquis suorum populorum Numismatibus ornatam & illustratam curâ & diligentiâ Prosperi Paritii in ære expressit Natalis Bonifacius, anno 1591.

Ejusdem Prosperi Tabula Geographica Calabriæ ære eleganter incisa à Natale Bonifacio Sebeniensi, edita fuit anno 1592. cum antiquis Magnæ Græciæ Urbium & Populorum Numismatibus. Utramque aliàs vidi in exquisitissima Raphaëlis Tricheti Fraxinei, cujus sæpe jam aliàs meminimus, Bibliotheeâ.

Raphaël Trichet Fresneus, sive Fraxineus, Burdegalensis.

Epistola de Charondæ effigie in Catanensi Nummo argenteo expressa, apud V. C. Petrum Seguinum Divi Germani in Urbe Antistitem. Parisiis, 1658. in 8.

Idem vir in hisce aliisque studiis versatissimus meditabatur accuratissimam Cretæ Insulæ descriptionem, & in eam rem tum tabulas Chorographicas, tum magnam Numismatum antiquorum copiam sibi comparaverat. Sed multa cogitantem mors oppressit. Erit-ne, qui inchoato operi ultimam admovere manum suscipiat?

Samuël Veyrel.

Indice du Cabinet de Samuël Veyrel, avec un recueil de quelques antiquitez de Saintes, & observations sur quelques Medailles. Burdegalę, 1635. in 4.

Sebastianus Erizzus, Patricius Venetus.

Discorso di M. Sebastiano Erizzo sopra le Medaglie de gli Antichi: con la Dichiaratione delle Monete Consulari e delle Medaglie de gli Imperadori Romani. Quarta editio à Caio Julio Cæsare ad Constantium Constantini Magni filium ab auctore recognita & aucta. Venetiis, anno 1559. in 4. excusa fuit apud Joannem Variscum & Paganinum Paganini. Cæteras ejusdem libri editiones modò non moror.

Sebastianus Munsterus.

Libro secundo Cosmographiæ Universalis, ubi agit de Roma-

nis Imperatoribus à Caio Cæsare ad Constantinum ejusque posteros, & libro tertio, ubi de Germaniæ Imperatoribus à Carolo Magno ad Carolum V. effigies illorum nonnullas crassa Minerva expressas repræsentavit Lectoribus. Mihi liber ille editus est Basileæ, in folio, anno 1559. apud Henricum Petri. Cæteras editiones aliis recensendas relinquo ut in re haud magni momenti.

Stephanus Vinandus Pighius.

In Annalibus Romanorum tribus Tomis, Antuerpiæ, apud viduam Joannis Moreti, anno 1615. in folio impressis operâ ac studio R. P. Andreæ Schotti è Societate Jesu, nonnulla subinde occurrunt veteris æris Numismata.

Theodorus Gallæus, Chalcographus.

Illustrium Imagines ex antiquis marmoribus, Numismatibus & gemmis expressæ, quæ extant Romæ major pars apud Fulvium Ursinum, Theodorus Gallæus delineabat Romæ ex Archetypis & incidebat. Antuerpiæ, anno 1598. ex Officina Plantiniana, in 4.

Iis adde sis Joannis Fabri Bambergensis Medici Romani in Imagines Illustrium ex Fulvii Ursini Bibliotheca Antuerpiæ à Theodoro Gallæo expressas Commentarium. Antuerpiæ, anno 1606. in 4. apud Balthazarem Moretum: atque hæc secunda editio illustrium imaginum auctior prodiit Appendice quadam ex eadem Fulvii Ursini Bibliotheca.

Philippus Gallæus Pictor item & Chalcographus in eadem urbe, anno 1572. in lucem emiserat in folio Virorum doctorum de disciplinis bene merentium effigies XLIV. sed eæ sunt recentiorum qui ad institutum Nummarium non pertinent, sed ad præcedentem potiùs Bibliothecam Bibliothecarum.

Thomas Tarterus, seu Treterus, Polonus, Canonicus sanctæ Mariæ trans Tiberium Romæ.

Romanorum Imperatorum Effigies à Julio Cæsare ad Rudolphum II. Romæ edidit apud Franciscum Coattinum, anno 1590. in 8. De eodem quoque, ni fallor, egimus suprà, verbo, Joannes Baptista de Cavalleriis.

Vincentius Cartarius, Regiensis Italus.

Le Vere e nuove Imagini de gli Dei, &c. Vide suprà quæ diximus, verbo, Laurentius Pignorius.

Vincentius

Vincentius Ioannes de la Stanosa, Dominus de Figarvelas, Huescanus sive Oscensis.

Museo de las Medallas desconocidas Espagnolas. Publicalo D. Vincentio Iuan de la Stanosa, Senor de Figarvelas, hiio i ciudadano de Huesca, illustrado con tres discursos del Padre Paulo de Raias de la Compania de Iesus, del Doctor Don Francisco Ximenes de Vrrea, i del Doctor Iuan Francisco Andres. Oscæ, apud Joannem Nogues, in 4. anno 1645.

Vincentius Mirabella.

Antiqua Siracusa con alcune scelte Medaglie d'esse & de Principi che quelle possedetero. Neapoli, apud Lazarum Scoriggium, in folio.

Volfgangus Lazius, Philosophus ac Medicus Viennensis atque Imperatoris Ferdinandi I. Historiographus.

In libris XII. Commentariorum Reipublicæ Romanæ in exteris Provinciis bello acquisitis constitutæ, totidemque de Gentium variarum Migrationibus, &c. in libris IV. rerum Viennensium, in libris II. Historicarum commemorationum de rebus Græciæ aliisque operibus, Basileæ apud Joannem Oporinum, Hanoviæ, & alibi deinceps editis, multa passim exhibuit, explicuitque Numismata Romana & Græca: sed & peculiarem librum edidit oppidò nunc rarum ac verè singularem, qui sic inscribitur.

Commentariorum vetustorum Numismatum maximi operis & quatuor sectionibus multarum rerum publicarum per Asiam, Africam, & Europam antiquitatis Historiam nodosque Gordianis difficiliores comprehendentis specimen exile quoddam C. Julii Dictatoris Augusti & Tiberii Cæsarum monetam, si quæ ex argento in forulis S. R. R. M. extat explicans, Tabulam videlicet sectionis tertiæ partis secundæ primam. Viennæ Austriæ, apud Michaëlem Zimmernam, anno 1558. in folio.

Anonymi agmen extremum claudent.

Illustrium Philosophorum & Sapientum effigies ab eorum Numismatibus extractæ: si quæ fides Anonymo Collectori, atque excusæ Venetiis, in folio, anno 1583. Eas nostra mihi cum plerisque aliis Bibliotheca subministravit.

Histoire des Empereurs Romains depuis Iules Cæsar jusques à Postumus,

mus, avec toutes les Medailles d'argent qu'ils ont fait battre de leurs tems. Parisiis, apud Stephanum Sommaville & Augustinum Courbé, 1641. in folio.

Sommario delle vite de gli Imperadori Romani con le loro effigie co i nomi de Pontefici che furono alor tempi. Venetiis in charta expansa.

Vir quidam eruditus, orbi, ut aiunt, satis notus, anno 1655. Seriem Chronologicam Imperatorum Romanorum à Caio Julio Cæsare ad Ferdinandum III. Augustum (cui exanguem mancumque Scriptorum aliquot rei Numismaticæ catalogum subjecit) in Officina Plantiniana, in 4. editam, Serenissimo Principi Leopoldo Guillelmo Archiduci, &c. obtulisse perhibetur. Verùm ea non tanti est, ut pote parachronismis à capite ad calcem omnisque generis aberrationibus deformata, quas vel ipsi in rebus Chronologicis ac Philologicis tirones & deprehendere facilè & refutare possint. Nos paratam habemus in Musiva nostra supellectile seriem alteram Chronologicam ad sanioris temporum doctrinæ amussim exactam, quam cum curiosis rei Antiquariæ ac Nummariæ Lectoribus communicare, si Deus volet, non dedignabimur.

PARS

PARS ALTERA BIBLIOTHECÆ NUMMARIÆ

EX THEOLOGIS, IVRISCONSVLTIS, MEDICIS ac Philologis concinnatæ,

DE MONETIS, PONDERIBVS ET MENSVRIS.

Abulcain Arabs.

SCRIPSISSE Tractatum de Ponderibus & Mensuris perhibetur, qui in membranis Jacobi Golii post Ebenbitarum visebatur ante annos 20. & quod excurrit. Ex Arabico sermone in Latinum versum fuisse aut typis vulgatum non accepi.

Ælius Antonius Nebrissensis Hispanus, Grammaticus & Historiographus Regius.

Repetitio septima de Ponderibus quam recitavit in Salmanticensi Gymnasio IV. Idus Junias anni 1511. Compluti, in 4. anno 1527. apud Michaëlem Eguya.

Ejusdem Repetitio sexta de Mensuris ad III. Idus Junias anni 1510.

Ejusdem Repetitio octava de Numeris quam recitavit in eodem Salmanticensi Gymnasio III. Idus Junias anni 1512.

Africanus, is fortè de quo in Geoponicis & Hippiatricis.

Fragmentum Africani de re Nummaria extat post Hippocratis Coi Medicorum Principis opera omnia à Marco Fabio Calvo Ravennate Latinitate donata & Romæ edita, anno 1532.

Albertus Brunus, Astensis, I. C.

Tractatus insignis Augmenti & diminutionis Monetarum. Extat pag. 207. Tomi XII. Tractatuum juris, tum etiam pag. 77. Boyssianæ, & pag. 355. Budelianæ Collectionum de re Monetaria.

Albertus Quatrocchus.

Disputatio de officinæ Pharmaceutriæ veris & legitimis antiquorum ponderibus, in qua comprobatur pondera monetaria Veneta respondere iis quibus ætate Galeni utebatur Antiquitas. Huc quoque accedit Epitome Mensurarum Græcis, Romanis & Arabibus Medicis olim familiarium. Venetiis, apud Pinellum, anno 1617. in 4.

Aldus Manutius, seu Manuccius, Pauli F. Aldi N.

De Drachmis & de Sestertiis ad Joannem Vincentium Pinellum, & Joannem Cratonem in libro de Quæsitis per epistolam. Venetiis, apud Aldum, in 8. anno 1576.

Alexander Sardus, Ferrariensis.

Liber, seu potiùs trium foliorum libellus de Nummis, in quo antiquam pecuniam Romanam & Græcam metitur pretio ejus quæ nunc est in usu. Moguntiaci, per Gasparem Behem, in 4. anno 1579.

Idem libellus, anno 1648. recusus fuit Patavii, in 8. apud Paulum Frambotum hoc titulo: Liber de Nummis, in quo Prisca Græcorum & Romanorum pecunia ad nostri æris rationem redigitur.

Alphonsus Carranza.

Et ajustamento, y proportion delas Monedas de Oro, Plata, y Cobre, y la reduction destos Metales asu debida estimacion, con regularia singular del Rey de España y delas Indias, que lo es del Oro y Plata del Orbe. Madriti, in folio, anno 1629.

Andreas Alciatus, Mediolanensis, I. C. celeberrimus.

Libellus de Ponderibus & Mensuris seorsim editus & in collectione omnium ejusdem operum. Lugduni, 1560. in folio, Basileæ icidem in folio, anno 1582. &c.

Vertit quoque libellum Claudii Galeni de Mensuris qui post

prædictum

prædictum libellum excusus est, & præterea cum aliis Galeni operibus.

Andreas Dinnerus, I. C.

Disputationes de Monetæ mutatione quoad solutionem. Noribergæ, apud Simeonem Halbuceyer, in 4. anno 1622.

Andreas Lacuna, Secobiensis, Miles sancti Petri & Medicus.

Libellum de Ponderibus & Mensuris medicinalibus subjecit Epitomæ omnium Claudii Galeni operum. Basileæ, in folio, apud Isingrenium, anno 1551. & apud Thomam Guarinum, 1571. Argentorati, apud Zetznerum, 1604. ac Lugduni in decimo-sexto voluminibus quatuor, anno 1553. apud Guillelmum Rovillium.

Andreæ Lottini, Florentini.

Duas Tariffas vidi impressas Lugduni, Italica Lingua, anno 1551. in 8. apud Michaëlem Sylvium.

Andreas de Pajot, Primus Præses Parisiis in Curia Monetali.

Remontrances faites au Roy en son Conseil d'Etat par la Cour des Monnoyes sur le sujet des désordres qui se rencontrent en la Police des Monnoyes, par M. André de Pajot Président en icelle. Parisiis, 1651. in 4.

Remontrances de la Cour des Monnoyes, faites au Roy le 13. *Ianvier* 1656. *sur l'Edit du mois de Décembre précedent régistré en ladite Cour de l'exprés commandement de sa Majesté, porté par ses Commissaires, le* 23. *dudit mois de Décembre.* Parisiis, in 4. anno 1656.

Andreas Schottus, Antuerpianus, è Societate Iesu.

Tabula rei Nummariæ Romanorum Græcorúmque, ad Belgicam, Gallicam, Hispanicam & Italicam monetam revocatæ in Historia veterúmque scriptis pernecessaria, ex Guillelmo Budæo, Georgio Agricola & Petro Ciacconio, cum brevi Catalogo eorum qui apud Græcos Latinósque de ponderibus, mensuris & re Nummaria scripserunt. Antuerpiæ, in 8. apud Gerardum Wolschatium, anno 1616.

Angelus Politianus.

Epistola XIII. libri X. ad Franciortum Ursinum tractat de ponderibus & mensuris, carúmque notis. Epistolarum liber seorsim editus est sæpius & unà cum cæteris ejus operibus, in folio, apud Aldum. Venetiis, apud Ascensium. Parisiis, anno 1519. cum Jacobi

cobi Sylvii in epistolas Commentariis, Basileæ denique, anno 1553. apud Nic. Episcopium.

Anonymi.

De his seorsim agemus ad calcem hujus opusculi, cùm nominatos notósque suo quemque ordine præmiserimus.

Antonius Augustinus, I. C. præstantissimus, Aliphanus primùm tum Ilerdensis Episcopus, ac tandem Tarraconensis Archiepiscopus.

In libro II. Emendationum & Opinionum Juris nonnulla habet ad rem Monetariam spectantia.

Cap. VI. Scribendum esse aliquot Digestorum locis, decies centies aut millies.

Cap. VII. Sestertium, denariúmque non rectè doctos quosdam Viros æstimasse; & quæ sit constitutionis ultimæ, de Donationibus justa interpretatio.

Cap. VIII. De Assis & Unciæ partibus.

Cap. IX. De Auri, Æris, Argenti libra, aureo sive solido, siliqua & tremisse.

Cap. X. De Centesima usura.

Cap. XI. De mensuris & vasis & pedali mensura. Lugduni Tractatus ille editus est in quatuor tributus libros, anno 1544. in 8. apud Sebastianum Gryphium, Venetiis item, apud Juntas, & Basileæ, apud Joannem Oporinum.

Antonius Faber, Segusianus, Sabaudici Parlamenti Cambericensis summus Præses.

De Nummariorum debitorum solutionibus.

Est quoque qui recenset Antonini Soli, J. C. & Assessoris in Parlamento Pedemontano Tractatum de Monetis, quem non vidi.

Antonius Hanfmannus, I. C.

Resolutiones de re Monetaria ejusque summis Regalibus, anno 1615.

Antonius, Monachus, Melissæ Auctor.

Sermone LVI. agit de Ponderibus ac Mensuris Staterisque iniquis. Extant verò Sermones illi Græcè ac Latinè editi apud Froschoverum, Tiguri, anno 1546. in folio, interpretibus Conrado Gesnero & Joanne Ribitto.

Antonius

Antonius de Pineto, Noreii Dominus.

Ex Georgio Agricola aliisque collegit Tractatum de ponderibus, mensuris atque intervallis Antiquorum, ediditque Gallicè ante vernaculam versionem Historiæ Naturalis Caii Plinii secundi, quæ sæpius prælum experta est Lugduni & Parisiis.

Antonius Thesaurus.

Tractatus de augmento & variatione Monetarum. Francofurti, in 4. anno 1610.

Augustinus Gadaldinus, Mutinensis.

Latinè reddidit librum Galeno adscriptum de Ponderibus & Mensuris: ediderunt Juntæ Venetiis, anno 1551. in folio, cum Galeni operibus & sæpe sæpius consequentibus annis.

A. Petrus, sive, de Petra, Narbonensis.

Traité des Monnoyes usées, & de leur cours & de leur pesanteur: par A. de la Pierre, Narbonnois. Parisiis, in 4. anno 1651.

De l'utilité des grains de remede pour le pesement des monnoyes d'argent legeres ou usées. Parisiis, anno 1644.

Avis pour faciliter les payemens en quarts d'écus de 21. *sols, presenté au Conseil, en Ianvier* 1645.

Avis sur les propositions faites au Conseil du Roy d'une fabrication de menuë monnoye d'argent ou de billon, presenté par le même au Conseil du Roy, au mois de Decembre de la même année.

Balbus, Mensor.

Scripsit ad Celsum de Agrimensoria, ratiocinatoriáque, de asse nimirum, minutisque ejus partibus.

Item de nominibus Mensurarum librum, cujus meminit Raphaël Maphæus Volaterranus.

Item scripsit de Coloniis Latinis, &c. ut quidem ex Gesnero refert Simlerus in Bibliotheca.

Marcus Fabius Calvus Ravennas post Hippocratis omnia opera à se conversa & Romæ edita, anno 1532. librum Balbi de Asse vulgavit, & post eum Joannes Fredericus Gronovius in altera editione Commentarii de Sestertiis.

Bartolomaus di Pasi, Venetus.

Tarifa de i pesi e misure correspondenti del Levante al Ponente: e da una terra e luogo all' altro quasi per tutte le parti del mondo, con la dichiaratione e notificatione di tutte le robbe che si tragono di una

paese per l'altro. Venetiis, superioris sæculi anno 40.

Bartolomæus Socinus, Senensis, I. C.

Consilium ejus in materia Monetarum in volumine Consiliorum ejus secundo, ordine CCXCVII. extat cum aliis pluribus ejusdem argumenti excusum, pag. 791. Budelianæ Collectionis.

Bartolomæus Volcmarus, I. C.

Ejus ac Joannis Vvolfgangi Hilleri Discursus & responsa juris tria ad quæstiones in re Monetaria quotidianas. I. Quando certus specificæ monetæ numerus in contentionem venit, an aucto ejus extrinseco valore tota corpora nummorum solvenda. II. Si certa quidem species in contractum venerit, quid statuendum. III. An debitor, qui bonam recepit monetam ærosa & vili quæ tempore solutionis justa est inaucto tamen valore ob reprobam solvere queat. Francofurti, in 8. anno 1623. apud Joannem Carolum Unckelium. Jam verò ab anno 1615. prodierat Discursus ejusdem Juridicus de Monetarum solutione.

Barræus, sive, la Barre, Præses in Electorum, ut vocant, Curia Rothomagensi.

Traité des espéces de Monnoyes, de la matiére, forme, figure & usage d'icelles, dedié à Monsieur de Montholon Conseiller d'Etat. Rothomagi, apud Joannem Osmont, anno 1622. in 8. cum libro qui inscribitur, *le Formulaire des Eleus*, & iterum ibidem, anno 1627. in 8.

Beda, Venerabilis dictus, Anglus, Ordinis Benedictini.

Tomo I. operum ejus varii præmittuntur Tractatus, atque inter cæteros: De Arithmeticis Numeris & mensa Pythagorica, de Computo, de Divisionibus Temporum, de ratione Calculi ubi de Asse & partibus ejus, de numerorum divisione, de loquela per gestum digitorum, de ratione unciarum, &c. cum Bridferti Commentariis, quæ Lector per ocium consulet.

Quædam ex iis edita vidi cum adnotationibus Eliæ Vineti Santonis ad Volusium, Rhemmium, Priscianum, &c. Parisiis, anno 1565. in 8. apud Sebastianum Nivellium.

Benedictus Arias Montanus, Hispalensis.

Thubalcaïm, sive Tractatus peculiaris de sacris Ponderibus ac mensuris, de cubito, de Satho, de Siclo, cum Hebraïcæ Linguæ Idiotismis, &c. Vide Tomum Apparatûs sacri ad Biblia Regia Plantiniana, 1572. quorum editioni maximam partem præfuit.

Bernardinus

Bernardinus Pratisvolus, Regiensis.

Considerationi del M. Bernardino Pratisvoli, Regiano, sopra l'Alitigonso del Segnor Gasparo Carussi, nelle quali con chiarissime ragioni si tratta delle monete. In Reggio per Flavio e Flaminio fratelli de Bartoli, 1604. in folio.

Bernardus Zorbinus.

Traité sur le débordement ou surhaussement de la Monnoye, avenu au pays de Provence, aux années 1590. 1591. 1592. *&* 1593. *avec la reduction & juste prix qui doit être payé par ceux qui ont emprunté pendant ce tems, par M. Bernard Zorbin.*

Bilibaldus Pirkeimerus, Noricus, Patricius Noribergensis.

De Priscorum Numismatum ad Nurembergensis Monetæ valorem æstimatione libellus. Tubingæ, anno 1533. apud Ubricum Morhardum. Norimbergæ, apud Joannem Petreium, 1542. in 4. cum Gabriëlis Byel, Joannis Aquilæ & aliorum Tractatibus Monetariis, & in collectione omnium Pirkheimeri operum Francofortensi, anno 1610. Consulendas quoque moneo pag. 34. Boyssianæ & pag. 440. Budellianæ Collectionum de re Monetaria.

Blancus, sive, le Blanc.

Traité & avis sur le désordre des Monnoyes & diversité des moyens d'y remédier, par M. L. B. Parisiis, anno 1600. in 4.

Avertissement au Roy & à Nos Seigneurs de son Conseil & de ses Etats, pour remédier aux désordres & confusions qui s'exercent à présent sur le fait des Monnoyes ayant cours en ce Royaume selon leur valeur & bonté intérieure en poids & aloy, avec l'évaluation des poids & trebuchets, par M. L. B. en suite de sa remontrance sur ce sujet. Parisiis, anno 1615.

Cælius Secundus Curio.

De Mensuris Romanorum Tractatus extat à Joanne Hervagio excusus cum Tito Livio. Basileæ, anno 1549.

Caius Plinius Secundus.

Libro XXXIII. Historiæ suæ naturalis de Metallis, auro, argento, ære, ac monetis multa habet: de ponderibus verò ac mensuris libri XXI. capite postremo.

Carolus Molinaus, Parisinus, I. C.

Tractatus de mutatione Monetarum in XI. quæstiones digestus legitur à pag. 475. Budeliani Systematis descriptus ex colle-

ctione Matthæi Boyssii, qui rectè advertit Tractatum illum nihil esse aliud quàm extrema XI. capita à XC. ad C. libri Commerciorum & Usurarum redituúmque pecunia constitutorum & Monetarum, qui seorsim anno 1555. in 4. Parisiis & alibi atque unà cum cæteris ejus operibus excusus fuit. Gallicè quoque Parisiis prodiit, anno 1556. *Sommaire du Livre Analytique des Contracts, Vsures, Rentes, Constitutions, Interêts, & Monnoyes, par M. Charles du Moulin.*

Christophorus Besoldus.

Inter cæteros ejus Tractatus Politico-Juridicos non omisit de Nummis ac re Monetaria in unum plurima pro more congerere.

Claudius Galenus, Pergamenus Medicus.

Ejus nomine insignitus circumfertur brevis Tractatus de Ponderibus & Mensuris sæpe recusus, tum unà cum omnibus ejus operibus, tum seorsim, interpretibus Andrea Alciato, Michaële Neandro, aliisque.

Non esse Galeni, qui sub Severo Imperatore anno Christianæ epochæ ducentesimo, ut aliàs in ejus Chronologico Elogio evicimus, diem obiit extremum, integrum saltem tractatum illum, ut modò legitur docet vel ipsa mentio Oribasii in libro quem πρὸς Ἀδαμάντιον scripsisse perhibetur.

Videndus porrò ejusdem Galeni Tractatus de compositione Medicamentorum per genera, ubi Andromachum, Heram, Heraclidem, alióśque veteres in pluribus redarguit.

Le Calcul ou Tariffe sur le débordement des Monnoyes, tant d'or que d'argent, avenu au pays de Provence, aux années 1590. 1591. 1592. *&* 1593. *avec la reduction de chacune espéce de la susdite Monnoye durant ledit tems, par Claude Boissilly. A Aix, par Iean Tolosan,* 1600. in 8. *avec un Arrêt de la Chambre des Comptes de Provence.*

Claudius Salmasius, Divionensis.

In notis ad Historiæ Augustæ Scriptores, ad Tertuliani pallium, ad Solinum, in Confutationibus, in libris de Usuris, Mutuo, Fœnore, ac similibus sæpe veterum Græcorum Romanorúmque Rem Nummariam attigit, sed non semper εὐστόχως, ut docent tum Kercoetiani Mastigophori tres valentissimi, tum nuperæ eruditorum Virorum observationes, quas consulat curiosus Lector.

Prodiit nuper Lugduni-Batavorum cum aliis Salmasianis edita

Epistola

Epiſtola ad Joannem Vvalæum ordine 67. in qua de Ponderibus & Menſuris Hebræorum breviter edisſerit.

Cleopatra, Ægypti Regina, ut vulgò creditur, vel quemadmodum mutato ſexu ſcribere ſolet Ioſephus Scaliger, Cleopatras quiſpiam.

Libellus de Ponderibus & Menſuris accuratiſſimè ſcriptus atque ex ejuſdem Reginæ ſive Scriptoris Coſmeticis, hoc eſt compoſitis de munditie & ornatu libris, expreſſus extat cùm ſeorſim tum unà cum Galeni tractatu de Ponderibus in collectione omnium ejus operum, ex verſione Andreæ Alciati, Michaëlis Neandri, &c.

Conradus Geſnerus, Tigurinus, Medicus.

Menſuræ apud veteres Græcos & Latinos Scriptores uſitatæ liquidorum & aridorum ita diſpoſitæ, ut quæ ſunt majoris ponderis ſemper præcedant: ſic enim veteribus facilius noſtræ atque aliarum gentium menſuræ conferentur. Tiguri, apud Froſchoverum, anno 1584. in 8. cum Dominici Maſſarii de Ponderibus & Menſuris Medicinalibus, libris tribus, ab innumerabilibus mendis ejus operâ expurgatis.

Conſtans de Silvecane, Præſes Curiæ Monetalis.

Extrait des Ordonnances Royaux, concernant l'établiſſement & juriſdiction des Commiſſaires de la Cour des Monnoyes, recueilly par M. Conſtant de Silvecane, Préſident en la Cour des Monnoyes. Pariſiis, apud Sebaſtianum Cramoiſy, 1652.

Conſtantinus Monachus, natione Afer, Ordinis Benedictini Congregationis Caſſinenſis.

De Ponderibus Medicinalibus librum peculiarem ſcripſiſſe dicitur à Gaſpare Vvolphio poſt Simlerum in Epitome Geſnerianæ Bibliothecæ. Vide ejus opera Baſileæ excuſa, anno 1536. apud Henricum Petri.

Cuthbertus Tonſtallus, Dunelmenſis in Anglia Epiſcopus.

Guillelmi Budæi libros de Aſſe & partibus ejus in Epitomen redegiſſe dicitur. Libros certè ejus quatuor de Arte ſupputandi habemus excuſos. Lutetiæ, apud Robertum Stephanum, anno 1529.

Cyriacus Schreiman.

Proba, hoc eſt de Ponderibus & libris omnium Metallorum Germanico idiomate, unà cum ſubtilitatibus quibuſdam ad Al-

chymiam & artem Metallicam facientibus. Francofurti ad Mœnum, in 4. anno 1578.

Cyriacus Spengemberg.

Tractatus ab eo scriptus Germanicè de bono & malo usu Monetarum editus fuit Francofurti, in folio, anno 1592. cum Memoriali Monetarum Tilemandi, ubi agitur de earum materia, forma, valore, &c.

Daniel Angelocrator.

Doctrina de Ponderibus, mensuris, & monetis per orbem omnem usitatis, ex probatissimis quibusque Scriptoribus conquisita, examinata, ac in aphorismos & tabellas redacta. Francofurti, in 4. apud Godefridum Tampachium, anno 1617.

Idem secundam editionem auctiorem atque emendatiorem, anno 1628. dedicavit Amstelodamensis Civitatis Senatui.

Demetrius Alabaldus.

Quædam de Minutiis: item de Ponderibus & mensuris edidit impressa Venetiis à Joanne Tacuino, anno 1525. in 4. cum Valerio Probo, Petro Diacono, & aliis quibusdam. Extant quoque in Collectione Auctorum Linguæ Latinæ in unum corpus redactorum à Dionysio Gothofredo, apud Genevenses & alibi, in 4. editorum.

Didacus Covarruvias, à Leyva, Toletanus, I. V. D. eximius, & Episcopus Segobiensis supremique Hispaniarum Senatûs Præses.

Collatio veterum Numismatum cum his quæ modò exponuntur publica & regia auctoritate percussa, extat tum in Collectione omnium ejus operum Lugdunensi, 1568. Veneta, 1571. Lugdunensi alia, 1594. ex Officina Juntarum qua ego usus sum, & aliis, tum in Budelliana Sylloge, pag. 578. tum etiam seorsim. Francofurti, anno 1571. & antea Salmanticæ in Hispania, apud Andream à Portonariis.

Ne verò quis erret, monendi sunt Lectores, Tomo XII. Tractatuum juris, folio 220. & apud Matthæum Boyssium excusa fuisse tantùm postrema duo capita VII. & VIII. cæteris omissis.

Dinus de Garbo, Florentinus, Medicus.

Tractatus de Ponderibus & mensuris cum ejusdem Chirurgia aliisque opusculis. Ferrariæ, apud Andream Gallicum, anno 1485. in folio, & Venetiis, 1536. apud Lucam Antonium Juntam, in folio.

Diodorus,

Diodorus, antiquus Scriptor.

De Ponderibus & Menſuris brevis tractatus extat poſt Hippiatrica, ſeu duos de re Venerinaria libros à Joanne Ruellio Sueſſionenſi Medico Latinitate donatos editoſque Pariſiis.

Non apparet tamen in Græca Hippiatricorum collectione, nec in Manuſcripto noſtro codice optimæ notæ eoque antiquiſſimo, in quo extant quædam ſimilia iis quæ Galeno tribuuntur, quædam etiam ab iis omnino diverſa.

Conradus Geſnerus teſtatur Græcè ſcriptum in Italia aſſervari, ejuſdemque videtur meminiſſe Georgius Agricola in Præfatione in librum de Ponderibus & menſuris.

Dionyſius Godefridus, Procurator Regius in Curia Monetali.

Avis preſenté à la Reyne pour reduire les Monnoyes à leur juſte prix & valeur, empêcher le ſurhauſſement & empirance d'icelles, par Denis Godefroy, Procureur Général en la Cour des Monnoyes. Pariſiis, apud Petrum Chevalier, 1611. in 8.

Dionyſius Petavius, Aurelianenſis, è Societate Ieſu.

S. Epiphanii librum de Ponderibus & menſuris Latinè vertit & doctiſſimis animadverſionibus illuſtravit, quibus ſubjecit diatribam de Folle, de Miliarenſi ac Nummorum minutiis. Pariſiis, apud Sebaſtianum Cramoiſy & alios, 1622. in folio.

Dioſcorides, Anazarbeus, Medicus.

In Tractatu de Ponderibus qui Galeno tribui ſolet poſt Cleopatræ & Hippiatricorum menſuras extat Dioſcoridis fragmentum ex majori opere περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν καὶ περὶ μέτρων ὑγρῶν. Sparſim quoque in operibus quæ præ manibus omnium habentur nonnulla admiſcet ad hoc argumentum ſpectantia, nec omittendi eruditiſſimi illorum interpretes & Scholiaſtæ.

Dominicus Maſſarius, Arcignaneus, Vicentinus.

De Ponderibus & menſuris Medicinalibus libri tres ex Græcis, Arabicis & Latinis rei Medicæ Scriptoribus diligentiſſimè conſcripti. Papiæ, apud Bernardinum de Garaldis, anno 1516. in folio, cum Anglo Benedicto, &c. Tiguri verò anno 1584. in 8. apud Froſchoverum, cum Conradi Geſneri de eadem re libello & aliis ſtudio Gaſparis Wolphii Tigurini in lucem editis.

Eduardus

Eduardus Brerevuood, Anglus, Astronomiæ Professor Londini in Collegio Gressamensi.

De Ponderibus & pretiis veterum Nummorum, eorúmque cum recentioribus collatione liber unus. Londini, apud Joannem Billium, in 4. anno 1614.

Idem tractatus nuper recusus prodit in Apparatu ad Biblia Polyglotta Bryani Waltoni, cum Jacobi Tirini de eodem argumento ex variis auctoribus collectione.

Elbertus Leoninus, primarius Iuris Professor in Academia Lovaniensi, & Cancellarius Ducatûs Geldriæ & Civitatis Zutphaniæ.

Consilium ejus in materia Monetarum ordine XXXI. Extat cum quibusdam aliis pag. 724. Budelianæ collectionis.

Elias Vinetus, Santo.

In Quintum Rhemmium, Fannium, Priscianum, Bedam atque Volusium notas & emendationes edidit cùm seorsim vulgatas Parisiis, in 8. anno 1565. apud Sebastianum Nivellium, tum ad calcem libri de re Nummaria à Francisco Hotamanno excusas.

Ipsius quoque Guillelmi Budæi libros V. de Asse & partibus ejus, in compendium redegit.

S. Epiphanius, Constantiæ Cypri Episcopus.

Librum edidit de ponderibus & mensuris à Jano Cornario primùm, tum à R. P. Dionysio Petavio S. I. Latinitate donatum. Extat Tomo II. operum Epiphanii editionis Parisiensis, anno 1622. in folio, apud Sebastianum Cramoisy & alios: nam Basileensem, apud Robertum Winter, aliásque nunc omitto.

Erycius Puteanus.

Pecuniæ Romanæ ratio ad nostram facillimo calculo revocata. Lovanii ex officina Riviana, in 12. anno 1620. Antuerpiæ, apud Belleros, & Coloniæ, apud Conradum Burgenium, atque in eadem urbe Antuerpiensi, anno 1628. ad calcem opusculi Claudii Chiffletii de Numismate antiquo, in 8.

Ejusdem Erycii Puteani de stipendio militari apud Romanos Syntagma, quo modus ejus hactenus ignoratus constituitur. Lovanii ex eadem officina Riviana, 1620. in 12.

Franciscus Arctius, I. C.

Duo ejus in materia Monetarum Consilia, XI. videlicet & CXII.

CXII. Budelius edidit cum aliis pag. 679. & sequentibus suæ Collectionis.

Franciscus de Avila.

Tractatus de Monetis, anno 1590.

Franciscus Balbus, Advocatus Regius in Curia Monetali.

Raisons de l'Edit & Reglement des Monnoyes du mois de Novembre 1614. par François le Begue, Conseiller & Advocat Général de sa Majesté en la Cour des Monnoyes. Parisiis, apud Viduam Nicolai Roffett, anno 1615. in 8.

Traité & avis sur les désordres des Monnoyes & diversité des moyens d'y remedier. Parisiis, anno 1600. in 8.

Franciscus Bonafides, Medicus.

Commentarium de Ponderibus minoribus & grano scripsisse dicitur Tomo I. suorum operum quæ Josias Simlerus in Bibliothecæ Gesnerianæ Epitome commemorat quidem, sed nescire se fatetur num divulgata sint. Certè Joannes-Antonides Vanderlinden in Catalogo de Scriptis Medicis etiam tertiùm recuso de eo ne verbum quidem.

Franciscus Broæus, I. V. D. & Professor in Academia Bituricensi.

Orationem habuit in Auditorio Juris, maxima omnium ordinum frequentia publicíque deinde juris fecit hoc titulo: Parallela legis & Nummi: quibus triplex Juris species, Naturalis, Gentium, & Civilis, Philologicè exponitur. Parisiis, apud Mathurinum du Puys, anno 1633. in 8.

Franciscus Curtius, Senior, Papiensis, I. V. D.

Tractatus Monetarum extat Tomo XII. collectionis amplissimæ Tractatuum utriusque juris in folio 205. unde in Boyssianam pagina 60. & in Budellianam pagina 455. Monetarias collectiones derivatus est: videndæ quoque operum ejusdem Jurisconsulti Venetæ editiones.

Prodiit quoque Francofurti, apud Nicolaum Steinium, anno 1610. in 8. Tractatus, ut dicitur, prope divinus de jure fisci & de Numisinatibus.

Franciscus Garraltus, de Gorgiis, Generalis Præfectus Curiæ Monetalis, tum Franciæ Thesaurarius, &c.

Les Recherches des Monnoyes, poids & maniére de nombrer des premiéres & plus renommées Nations du Monde reduites aux Mon-

 noyes,

noyes, poids & manière de nombrer des François, divisées en trois Livres, par François Garrault, Sieur de Gorges, &c. Parisiis, apud Martinum Juvenem, 1576. in 8.

Memoires & Recueil des nombres, poids, & mesures, & Monnoyes anciennes & modernes des Nations plus renommées, rapport & conference des unes aux autres avec une reduction aux Royales de la France, qui sont en usage en la ville de Paris. Lutetiæ Parisiorum, apud Jametum Mettayer, 1595. in 8.

Recueil des principaux avis donnez en l'Assemblée de Saint Germain des Prez, sur le contenu des mémoires presentez à sa Majesté étant à Poitiers, portant l'établissement du compte par écus & suppression de celuy par sols & livres, avec les Paradoxes, sur le fait des Monnoyes, par François Garrault Seigneur des Gorges, Conseiller du Roy, & Général en la Cour des Monnoyes. Parisiis, apud Jacobum du Puys, anno 1578. in 8. seorsim, itemque cum libello Joannis Bodini.

Sommaire des Edits & Ordonnances Royaux, concernans la Cour des Monnoyes & Officiers particuliers d'icelles, ensemble les Changeurs, Orfévres, & autres répondans & justiciables de ladite Cour. Turonibus, apud Jametum Mettayer, 1590. in 8. & iterum Parisiis, 1612. in 8. & 1632. apud Jacobum Bessin, in 8.

Des Mines d'argent trouvées en France, Ouvrage & Police d'icelles, par François Garrault Sieur des Gorges, &c. Parisiis, 1579. in 8.

Franciscus Grimaldetus, Regius in Præsidiali Andegavorum Curia Advocatus.

Des Monnoyes, augment & diminution du prix d'icelles, livre unique, par François Grimaudet, Avocat du Roy au Siége Présidial d'Angers. Parisiis, apud Martinum Juvenem, anno 1576. in 8. Itidem apud Hieronymum Marneffium & viduam Guillelmi Cavellat, anno 1585. in 8.

Paraphrase des droits des usures & contracts pignoratifs. Parisiis, 1587. in 8.

Item *les Opuscules Politiques du même.* In eadem Parisiensi urbe, anno 1580. in 8.

Franciscus Hotomannus, Parisinus I. C.

Liber de re Nummaria Populi Romani, ejusdemque disputatio de Aureo Justiniano adversùs observationem quamdam Jacobi Cuiacii libro XIX. de Justiniana Aurei observatione, cum Volu-

sii

sii Metiani, Rhemmii Fannii, & Prisciani Cæsariensis opusculis de Asse, Ponderibus & Mensuris, ac Budæi & Agricolæ breviario de Asse. Genevæ, apud Guillelmum Læmarium, anno 1585. in 8.

Eadem verò disputatio jam ab anno præcedenti fuerat excusa Basileæ, in 8. per Eusebium Episcopium.

Gabriël Byel, Spirensis, S.T.L. & in Schola Tubingensi Lector ordinarius, Ordinis Clericorum in communi viventium.

De Monetarum potestate simul & utilitate libellus aureus Auctore doctissimo Viro Gabriële Byel cum libellis Joannis Aquilæ, Bilibaldi Pirkheimeri, & aliorum, editus est primùm (ut quidem arbitror, saltem priorem hactenus editionem non novi) Norimbergæ, apud Joannem Petreium, anno 1542. in 4. Deinde initio Collectionis Monetariæ, Matthæi Boyssii. Coloniæ Agrippinæ, anno 1574. in 8. Cùmque omissus fuisset, nescio quam ob causam à Budelio, & rarò incurreret, recusus deinde est cum libris duobus de re Monetaria Marquardi Freheri & Nicolai Oresmii tractatu de mutationibus Monetarum, anno 1605. in 4. Lubduni (sic enim scribitur nescio quis in Germania locus, ne quis paulò quàm par sit argutior erratum hic aliquod typographicum suspicetur) apud Gothardum Vœgelinum.

Gaspar Antonius Thesaurus seu Tessaurus, Senator Pedemontanus.

De mutatione ac falsitate Monetæ, sive, de augmento, variatione ac diminutione Monetarum Tractatus varii ex Bibliotheca Gasparis Antonii Thesauri, Augustæ Taurinorum, anno 1609. & anno sequenti 1610. in 4. Francofurti, apud Jacobum Fischerum. Denique Genevæ, apud Samuelem De Tournes, 1672. in folio.

Gaspar Scioppius, Francus, vir desultoriæ levitatis.

Sub Paschasii Grosippi larva delitescens occurret tibi, Lector, paulò post infrà, verbo, Joannes Fredericus Gronovius.

Gaspar Scaruffus, Regiensis.

L'Alitinonfo di M. Gasparo Scaruffi, Regiano, per fare Ragione e concordanza d'oro e d'argento, che servirà in universale tanto per provedere a gli infiniti abusi del tosare e guastare monete, quanto per regolare ogni sorte di pagamenti, e redurre anco tutto il mondo ad una sola moneta. Regii in Æmilia, apud Hercolianum Bartolum, 1582. in folio.

In eadem quoque urbe eodémque anno prodiit: *Breve instrut-*

tione sopra il discorso dal mag. M. Gasparo Scaruffi per regolare le cose delli denari.

Gaspar VVaserus, Tigurinus.

De antiquis Nummis Hebræorum, Chaldæorum & Syrorum, quorum sacra Biblia & Rabbinorum Scripta meminerunt, libri duo: quibus cùm sacri tum profani Auctores locis innumerabilibus illustrantur, additis figuris ære expressis. Tiguri in officina Wolphiana, 1605. in 4.

De antiquis Mensuris Hebræorum, quarum sacra Biblia meminerunt, libri tres; quibus interspersæ sunt Mensuræ Ægyptiorum, Arabum, Syrorum, Persarum, Græcorum & Romanorum, quæ cùm ipsæ per se explicantur, tum per has Hebraïcæ; Heidelbergæ, apud Gothardum Vœgelinum, 1610. in 4.

Gaspar VVolphius, Tigurinus.

Tabula generalis diversorum Ponderum ac totius secundi libri Dominici Massarii, Vicentini, de Ponderibus quasi quoddam compendium deducens semper majora in minora, & ostendens quoties minor in majore contineatur, unà cum ejusdem Abaco sive Tabula Ponderum & mensurarum atque Alphabetica enumeratione Virorum illustrium ex Bibliotheca Josiæ Simleri collectorum, qui de Ponderum & mensurarum doctrina vel integros libros aut tractatus scripserunt, vel saltem obiter aut summariè in suis scriptis hanc materiam attigerunt. Tiguri, apud Froschoverum, 1584. in 8. cum Dominici Massarii de eodem argumento libris tribus & Josiæ ejusdem Simleri atque Conradi Gesneri quibusdam Appendicibus.

Georgius Agricola, Kempnicensis, Medicus ac Philosophus insignis.

Libri quinque de Mensuris ac Ponderibus, in quibus pleraque à Guillelmo Budæo & Leonardo Portio parùm animadversa diligenter excutiuntur. Parisiis, apud Christianum Wechelum, in 8. anno 1533.

De Mensuris & Ponderibus Romanorum atque Græcorum libri V. De externis mensuris ac Ponderibus libri II. Ad ea quæ Andreas Alciatus denuo disputavit de Ponderibus & Mensuris brevis defensio liber I. De mensuris, quibus intervalla metimur liber I. De restituendis Ponderibus atque Mensuris liber I. De pretio metallorum & monetis, pondere, temperatura, &c. libri

tres,

tres, Basileæ, apud Hieronymum Frobenium, 1550. in folio.

Omitto ejusdem Georgii Agricolæ libros de subterraneis Fossilibus & omni re Metallica cum observationibus Georgii Fabricii, &c. ut moneam Lectores meos quæ mei sunt instituti, ex ejus nimirum operibus de Ponderibus & Mensuris libellum fuisse collectum, & Gallica Lingua scriptum Gallicæ Plinii versioni præmissum fuisse in editionibus Lugdunensibus & Parisiensibus, interprete Antonio Pineto, de quo diximus.

Georgius Cassander, Brugensis, Flander.

Supputatio rei Nummariæ Romanorum ac Græcorum ad Monetam Flandricam: Gandavi, in 8. editum libellum illum asserit Valerius Andreas Dessellus in Bibliotheca sua Belgica, sed annum non adscribit, nisi fortè junctus fuerit sententiis selectioribus ex Plautinis Comœdiis collectis, quas ibidem ait editas fuisse eadem forma, anno 1536. Typis Jodoci Lamberti.

In editione Parisiensi quæ dicitur omnium operum Cassandri, apud Abrahamum Pacard, in folio 1616. nec supputatio illa rei Nummariæ nec sententiæ illæ Plautinæ apparent.

Georgius Henischius, Bardfeldensis, Medicus & Mathematicus Augustanus.

De Asse & partibus ejus. Augustæ Vindelicorum, apud Sebastianum Mylium, Typis Davidis Franci, anno 1606. in 8. Anno præcedenti eadem forma: De numeratione multiplici vetere & recenti in eadem urbe.

Germanus Constant, Iudex Monetalis Tolosæ.

Traité de la Cour des Monnoyes & de l'étenduë de sa Iurisdiction, divisé en cinq parties. I. Des premiers Généraux Maitres des Monnoyes. II. De leur erection en Chambre des Monnoyes. III. De sa création en Chambre Souveraine. IV. Des Généraux Provinciaux & subsidiaires. V. Des Iuges Gardes des Monnoyes. Le tout justifié par Chartres, Edits, Ordonnances & Declarations de Nos Rois, & Arrêts de leur Conseil, & redigez en ordre Chronologique. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisi, anno 1658. in folio.

Guido, seu, Vidus Pancirollus, I. C.

Vide cap. 66. lib. I. Thesauri variarum ejus lectionum.

Guillelmus seu VVillelmus Antonii Greundeberg.

Vide infrà, verbo, Joannes Kitzelius.

Guillelmus Budæus, Parisinus, Francisci I. Francorum Regis à Secretis & Consiliis.

De Asse & partibus ejus libri V. Parisiis, in folio, annis 1516. & 1524. apud Jodocum Ascensium, Venetiis in officina Aldi, 1522. Coloniæ, apud Soterem, 1528. in 8. adjecto etiam Breviario per eundem Budæum scripto, Lugduni, in 8. anno 1542. Denique Parisiis ab auctore novissimè recogniti & locupletati, in folio, apud Robertum Stephanum, & Lugduni item apud Gryphium, 1550. in 8.

Eidem quoque tribuitur libellus de Moneta Græca ad Gallicam pecuniam æstimata.

Plures Epitomen librorum illorum scripserunt, inter quos præcipui numerantur, Cuthbertus Tonstallus, Elias Vinetus, Stanislaus Grepsius, &c.

Extat quoque lingua vernacula editus anno 1529. Parisiis libellus hoc titulo: *Sommaire ou Epitome du livre* de Asse, *par M. Guillaume Budé.*

Guillelmus Philander, Castilionensis.

Epitome de Ponderibus & Mensuris Romanorum ex libris Georgii Agricolæ. Extat post tractatum Francisci Hotomanni de re Nummaria, & post Vitruvii libros de Architectura doctissimis ejusdem Philandri annotationibus illustratos, Romæ, Lugduni, Argentinæ, Parisiis, & alibi sæpius excusos.

Guillelmus Rondeletius, Monspeliensis Medicus.

De Ponderibus sive justa quantitate & proportione Medicamentorum liber, Patavii, Lugduni, Antuerpiæ, atque alibi editus cum aliorum libellis de Dosibus qui sanè ad institutum Bibliothecæ nostræ Nummariæ nihil aut parum admodum conferre videntur, ideóque prætermissi, ac Medicis ac Pharmacopolis relicti.

Hadrianus Iunius, Hornanus, Medicus.

Juniores consulant caput unum alterumve Nomenclatoris ejus, anno 1567. ac deinceps multis in officinis Urbibusque recusi.

Henningus Gœden, Havelbergensis, I.C.

Consilium ejus LXXVII. quod ad Monetarium negotium spectat, edidit Budelius pag. 792. suæ Collectionis.

Henningus Rennimannus, I.V.D. & Professor Erphurdiensis.

Decisio controversiæ Monetariæ circa bonitatis in Moneta ex-

trinsecæ sive valoris vulgò recepti incrementum & decrementum, cujus id creditoris an debitoris lucro vel damno veniat. Erfurti, apud Martinum Spangenb, anno 1610.

Henricus Bocerus, I. C. & Professor Londinensis.

De Ponderibus & pretiis veterum Nummorum eorúmque cum veteribus collatione liber unus, sive Tractatus de jure Monetarum, cui adjecta est ejusdem controversarum Conclusionum Centuria. Francofurti, apud Bernerum, anno 1614. & Tubingæ eodem anno.

Henricus Buntingus, Grunoensis, Prædicans in Ducatu Brunsvvicensi.

De Monetis & Mensuris Sacræ Scripturæ libellus Germanica Lingua editus Magdeburgi, in 8. anno 1583.

Henricus Houvedde, Suriæ in Anglia Comes.

De Ponderibus & Mensuris libros duos confecisse perhibetur à quibusdam. Verùm Simlerus ex Joanne Balæo eorum non meminit, docétque decollatum Londini, 1547.

Henricus Hornmannus.

Disputatio Monetarum in discussione contentionum crediti & solutionis hoc tempore inter Mercatores & alios qui in foro versantur; valde utilis, per interrogationem & responsionem. Vide pag. 361. Collectionis Boyssianæ, & 667. Budelianæ.

Henricus Lorittus, Glareanus à patria Glarona Helvetiorum urbe vulgò sic dictus.

De Asse & partibus ejus liber. Basileæ, anno 1550. apud Isingreinium, in folio.

Videndi quoque ejusdem Commentarii in Caii Suetonii Tranquilli Claudium & Galbam Imperatores.

Henricus Mameranus, Lucemburgensis, I. C.

Priscæ Monetæ ad hujus nostri temporis diversas aliquot nationum Monetas supputatio collecta anno 1550. & sequenti anno Coloniæ Ubiorum edita apud ipsum Auctorem extat pag. 661. Budeliani Syntagmatis.

Henricus Poulain, in Curia Monetali Senator Regius.

Traité des Monnoyes pour un Conseiller d'Etat. Parisiis, 1621. in 4. cum responsione ad librum Dionysii Godefridi.

Quæ verò sequuntur in manuscriptis duntaxat codicibus leguntur, ut audio.

L. Confe-

I. Conference des Monnoyes de France, d'Espagne, & d'Angleterre.

II. Autre Conference des Monnoyes de France à celles d'Espagne & réduction de 24. sortes de poids de plusieurs Royaumes, Principautez & Seigneuries differents de celuy de Paris.

III. Le prix du marc d'Or & d'Argent, depuis l'année 1300. jusques en 1614.

IV. De quatre espèces de surhaussement: & comment ils aviennent: de quel genre est celuy d'à present, & de la nécessité & utilité qu'il y a d'envoyer en Espagne auparavant le Réglement général des Monnoyes de France, presenté à Monseigneur le Chancelier, le 7. Février 1615.

Henricus Vranius, Ressensis in Clivia.

De re Nummaria, Mensuris ac Ponderibus Epitome ex Budæo, Portio, Alciato, & Agricola concinnata. Coloniæ, anno 1569. in 8.

Heron, Alexandrinus, Mathematicus.

Josephus Scaliger in opusculo postumo de re Nummaria, aliique post eum citant Heronis de Ponderibus seu de re Nummaria librum nondum, quòd sciam, typis editum.

Iidem quoque plurimi faciunt fragmentum quoddam ejusdem Heronis à Joachimo Camerario Papebergensi Medico ex codice Budensis Bibliothecæ depromptum.

Hieronymus Cardanus, Mediolanensis, Medicus & Philosophus.

Opus novum de Proportionibus Numerorum, Motuum, Ponderum, Sonorum, aliarumque rerum mensurandarum in libros V. digestum: De Regulis Algebricis, &c. Basileæ, 1570. in folio.

Adi quoque, si vacat, nuperam Lugdunensem editionem omnium ejusdem Scriptoris operum in folio decem Tomis.

Hieronymus à Touar.

De Ponderibus Medicamentorum liber. Hispali in Bætica ex Officina Antoniana, anno 1572. in 4.

Iacobus Alemannus, I.C. & Scabinus Magdeburgensis.

Tractatus de jure, valore, mutatione, reprobatione, solutione & variis Monetæ speciebus. Item pœnis falsorum Monetariorum, &c.

Iacobus Bornitius, I.V.D.

De Nummis in Republica percutiendis & conservandis libri duo ex ejus Systemate Politico deprompti. Hanoviæ, Typis Wechelianis, 1608. in 8.

Ejusdem

Ejusdem Ærarium, sive Tractatus de Ærario sacro, civili, militari communi & sacratiori. Francofurti, anno 1612. in 4.

Iacobus le Clerc, Index Gardiator, ut vocant, Monetæ Pictaviensis.

Recueil d'aucuns Edits, Déclarations, Lettres patentes & Arrêts du Conseil d'Etat & Privé de Nos Roys, touchant la Souveraineté & Iurisdiction privative & cumulative de la Cour des Monnoyes, Iuges, Gardes, Officiers & Iusticiables d'icelle. Parisiis, anno 1615. in 4.

Iacobus Capellus, Minister Calvinianæ sectæ & Professor Sedanensis.

De Ponderibus, Nummis & Mensuris libri quinque. Francofurti, annis 1605. & 1606. in 4. duobus Tomis apud Lævinum Hulsium, cum Miscellaneis ad rem Nummariam & Ponderariam pertinentibus.

Iacobus Menochius, I. C.

Duo ejus consilia ad rem Nummariam seu Monetariam spectantia libri I. 48. & libri II. 138. edidit Budelius pag. 702. suæ Collectionis.

Iacobus de Puteo, I. C.

Disputatio in materia Monetaria mutationis, quæ teste Simlero habetur in tractatu Alberti Bruni de augmento & diminutione Monetarum, de quo suprà.

Iacobus Sylvius, Ambianensis, Medicus.

Commentarios scripsit in epistolas Angeli Politiani ac nominatim in ep. 1. libri X. ad Franciottum Ursinum, in qua nonnulla ab Angelo de Ponderibus & Mensuris annotata correxit. Parisiis, in folio, anno 1519. apud Jacobum Ascensium Badium.

Idem libro III. Methodi componendorum Medicamentorum tractat de Ponderibus & Mensuris, quæ in usu sunt apud Galenum & recentiores Medicos: & in principio Annotationum in Mesuæ Antidotarium quædam præfixit de Mensuris & Ponderibus Mesuæ consuetis.

Iacobus Tirinus, Antuerpianus, Societatis Iesu Theologus.

In Prolegomenis ad eruditissima Commentaria in Sacram Scripturam agit inter cætera I. De Antiquis Hebræorum, Græcorum, Romanorum, Ponderibus ac Monetis collatis cum modernis Italorum, Gallorum, Hispanorum, Belgarum, &c. II. De Mensuris seu vasis eorumdem. III. De Mensuris longitudinum,

Ppp &c. An-

&c. Antuerpiæ, anno 1632. in folio, tribus Tomis, apud Martium Nutium.

Eædem observationes extant, tum in Apparatu Briani Waltoni ad Biblia sua Polyglotta Londini, anno 1659. pluribus Tomis excusa, tum in Bibliis, sive quæ dicuntur Magna, quinque Tomis majoribus. Parisiis, anno 1644. editis, sive quæ Maxima Versionum & Annotationum appellari placuit, in eadem urbe Parisiensi publicatis atque in Tomos XIX. distributis apud Dionysium Becher, Ludovicum Billaine, Antonium Bertier, & Simeonem Piget, anno 1660. neutrobi tamen præfixo ipsius Tirini nomine quod ratio postulabat & summa æquitas.

Iacobus VVaræus.

Nonnihil scripsisse dicitur de Monetis, sed non vidi.

Ioachimus Camerarius, Papebergensis, Professor Lipsiensis.

De Numismatis, seu Moneta veterum Græcorum & Latinorum, cum Xenophontis libello de re Equestri Latinè reddito, proprióque ejus Hippocomico. Tubingæ, in 8. anno 1539. apud Ulricum Mochardum, deinde anno 1560.

Ioachimus Mynsingerus, Germanus, I. C.

Observationes ejus ad valorem Monetæ pertinentes exhibet Budelius pag. 795. suæ Collectionis.

Ioachimus Vadianus, Helvetius Medicus.

Epistola ad Rodolfum Agricolam Rhetum juniorem scripta, ubi explicatur locus apud Plinium de Dodrante & Pygmæis, de longitudine Gabbaris & quid sit Uncia apud eundem. Extat cum ejusdem Philologi commentariis in Pomponium Melam. Viennæ Austriæ, anno 1518. Parisiis, 1530. Basileæ, apud Cratandrum, &c.

Ioannes Antonius de Rubeis, Alexandrinus, I. C.

Consilium ejus ordine CXLVIII. quod tractat de Monetis extat cum aliis pag. 681. Collectionis Budelianæ.

Ioannes Aquila, utriusque Iuris Interpres & Professor Tubingensis.

De potestate & utilitate Monetarum Tractatus ad Joannem Stœfflerinum, editus est in 4. Norimbergæ, anno 1542. in 4. apud Joannem Petreium, cum Gabriëlis Byel & Bilibaldi Pirckheimeri tractatibus. Coloniæ, anno 1551. apud Mameranum, pag. 10. Collectionis Boyssianæ, & pag. 413. Budelianæ.

Ioannes Arphus, Legionensis.

Cuilatador de la plata, oro, y piedras, compuesto por Ioan Arphe de Villafane natural de Leon, vezino de Valladolid. Madriti, in 8. anno 1558. apud Guillelmum Droüy, & postea Vallisoleti apud Alfonsum & Didacum Fernandem Cordubensem, in 4. anno 1572.

Ioannes Baptista Egnatius, Venetus.

Vide Annotationes in Augustum Suetonii tum seorsim editas tum in collectione Variorum Commentarii. In vitas XII. Cæsarum.

Ioannes Baptista Villalpandus, Cordubensis, è Societate Iesu.

Post ejus atque Hieronymi Pradi ex eadem Societate Theologi doctissimos in Ezechielem Prophetam Commentarios, parte altera Apparatus à pagina 249. Tomi III. extat de Hebræorum Ponderibus, Numismatis atque Mensuris Tractatus amplissimus, multisque Mathematicis demonstrationibus munitus, ac tabellis Ponderum, proportionum, &c. decoratus, unde alii postea largiter hauserunt. Romæ, in folio, apud Carolum Villietum, anno 1604.

Ioannes Bodinus, Andegavensis, I. C.

Discours de Iean Bodin sur le rehaussement & diminution des Monnoyes, tant d'or que d'argent, & le moyen d'y remedier: & réponse aux Paradoxes de M. de Malestroict. Parisiis, 1578. in 8. apud Jacobum du Puys.

Latinè extat redditum hoc opusculum pagina 751. Budelliani Syntagmatis hocce titulo donatum, Tractatus de augmento & decremento auri & argenti, & quomodo ei occurrendum sit: quo respondetur Paradoxis Domini de Malestricto, ad Dominum Prevost Dominum de Morsam Regium Præsidem in Curia Parlamenti. An editus sit seorsim nondum comperi.

Libri sexti de Republica capite secundo prolixè agit idem Bodinus de Ærario, & cap. 3. de re Monetaria, quibusque legibus Nummorum depravationi occurratur. Prostant ubique libri illius exemplaria Latina, Gallicáque, nec duo mox laudata capita omisit in sua Collectione Budelius: vide pag. 734. & sequentes.

Ioannes Buteo, Delphinas.

Inter ejus opuscula extant de libra & statera libellus: alter de fluentis atque Mensura: tertius de Ponderum inter se congruentium forma: quartus de Margaritarum pretio. Lugduni, apud Thomam Bertellum, 1554. in 4.

Ioannes Caphalus, Ferrarienſis, I. C.

In libro I. Conſiliorum excuſum habetur ordine XXXI. ad rem Monetariam pertinens, pag. 730. Budelianæ Collectionis.

Ioannes Camerarius, Dalburgius, Epiſcopus VVormatienſis.

Scripſiſſe librum unum de Moneta ſive de origine & ratione Monetæ teſtatur Joſias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Geſnerianæ; ſed ubi editus ſit ille liber non aperit, nec memini me vidiſſe uſpiam. Eum quoque addit claruiſſe anno 1490.

Ioannes à Chokier, Patricius Leodienſis & I. V. D.

Tractarus de re Nummaria priſci ævi, quæ collata ad æſtimationem Monetæ præſentis ad Hiſtoriæ cùm profanæ tum ſacræ intelligentiam non parum utilis. Leodii, apud Chriſtianum Ouverx, 1619. in 8. & anno ſequenti Coloniæ, apud Joannem Kinckium eadem forma: tum 1621. Antuerpiæ, apud Belleros, niſi fortè ſit eadem editio à Bibliopolis, ut ſæpe fit, deformata.

Ioannes Doüet, Dominus de Rom-Croiſſant.

Avis au Roy pour ôter le moyen aux méchans de contrefaire ſes Monnoyes & diminuer la bonne de ſon poids, &c. par Iean Doüet Ecuyer. Pariſiis, 1634. apud Joannem Laguehay, in 8.

Au Roy ſur le ſujet du rehauſſement de ſes Monnoyes du mois de Mars 1636. Pariſiis, 1636. apud Michaëlem Brunet, in 8.

Ioannes de la Haye, Pariſienſis, O. M. Lector Emeritus, Concionator Regius, &c.

Vide ſuprà, verbo, Jacobus Tirinus, cujus Tractatum de Ponderibus, Monetis & Menſuris integrum excudendum curavit in Bibliis Magnis Maximiſque, unà cum Chronico ſacro, aliiſque ejuſdem eruditiſſimis opuſculis.

Ioannes Fredericus Gronovius.

Commentarius de Seſterciis. Daventriæ, Typis Conradi Thomæi, anno 1643. in 8. Prima hæc editio plurimum differt ab altera: qua poſtea prodiit.

Joannis Frederici Gronovii de Seſterciis: ſeu Subſecivorum pecuniæ veteris Græcę & Romanę libri quatuor. Acceſſerunt L. Volluſius Mætianus, J. C. & Balbus Menſor de Aſſe. Item Paſchaſii Groſippi, hoc eſt Gaſparis Scioppii, Tabulæ nummariæ. Amſtelodami, apud Elzevirios, 1656. in 8.

Ioannes

Ioannes Gothofredus.

Disputatio de Monetis & re Nummaria. Wirceburgi, Typis Volmari, 1623. in 4.

Ioannis Guidii.

Disputatio de Moneta in libro de Mineralibus. Venetiis, apud Thomam Balionum, 1600. in 4.

Ioannes Henricus Alstedius.

Encyclopædiæ libro XIV. & quibusdam aliis in locis tractat de Monetis, Ponderibus & Mensuris. Excusa est duobus Tomis in folio, Herbornæ Nassoviorum, anno.

Ioannes Kitzelius, I.C. Procancellarius, Academiæ Giessenæ.

Tractatus postumus de jure Monetarum, in quo universum Monetæ jus controversiis accuratè distinctum ad praxim hodiernam summo studio & labore accommodatum atque juxta normam Juris Cæsarei, Pontificii & Pragmaticorum Imperii Romani sanctionum decisum exhibetur nunc primum in lucem editus, & notaminum quorumdam utcumque tornatus interventu per Wilhelmum Antonii Frenudeberg. Marpurgi Cattorum, Typis & sumptibus Gasparis Cherubini, anno 1632.

Ioannes Mariana.

Tractatus de Ponderibus & Mensuris. Toleti, in 4. anno 1599. apud Thomam Gusmanium, & apud hæredes Joannis Aubrii Francofurti, 1611. Typis Wechelianis, in 8.

Ejusdem Disputatio de mutatione Monetæ in XIII. capita distincta, extat cum aliis quibusdam ejus opusculis excusa Coloniæ, apud Antonium Hieratum, anno 1609. in folio, & typis Wechelianis, 1611. in 8. Moguntiæ quoque, Typis Balthassaris Lippii, anno 1605.

Ioannes Phelippæus, Andegavensis è Societate Iesu.

Quid Ceseph, sive quid Argentei Siclive aptari ad Monetarum nobis cognitarum rationem: & quid etiam Ceseph, Libra & Talentum. Item quid corus & dimidius corus & quid Gomor in mensura, præsertim Aridorum, tum quid Nebel in liquidorum mensura. Vide versum secundum capitis III. Oseæ Prophetæ Commentariis illustrati, in folio, anno 1636. Parisiis, apud Sebastianum Cramoisy.

Ioannes Regnaudi, Avenionensis, I. C.

Tomi XII. Tractatuum Juris Gregorii XIII. Papæ jussu.

Ioannes Caphalus, Ferrariensis, I. C.

In libro I. Consiliorum excusum habetur ordine XXX!. ad rem Monetariam pertinens, pag. 730. Budelianæ Collectionis.

Ioannes Camerarius, Dalburgius, Episcopus VVormatiensis.

Scripsisse librum unum de Moneta sive de origine & ratione Monetæ testatur Josias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Gesnerianæ; sed ubi editus sit ille liber non aperit, nec memini me vidisse uspiam. Eum quoque addit claruisse anno 1490.

Ioannes à Chokier, Patricius Leodiensis & I. V. D.

Tractatus de re Nummaria prisci ævi, quæ collata ad æstimationem Monetæ præsentis ad Historiæ cùm profanæ tum sacræ intelligentiam non parum utilis. Leodii, apud Christianum Ouverx, 1619. in 8. & anno sequenti Coloniæ, apud Joannem Kinckium eadem forma: tum 1621. Antuerpiæ, apud Belleros, nisi fortè sit eadem editio à Bibliopolis, ut sæpe fit, deformata.

Ioannes Doüet, Dominus de Rom-Croissant.

Avis au Roy pour ôter le moyen aux méchans de contrefaire ses Monnoyes & diminuer la bonne de son poids, &c. par Iean Doüet Ecuyer. Parisiis, 1634. apud Joannem Laguehay, in 8.

Au Roy sur le sujet du rehaussement de ses Monnoyes du mois de Mars 1636. Parisiis, 1636. apud Michaëlem Brunet, in 8.

Ioannes de la Haye, Parisiensis, O. M. Lector Emeritus, Concionator Regius, &c.

Vide suprà, verbo, Jacobus Tirinus, cujus Tractatum de Ponderibus, Monetis & Mensuris integrum excudendum curavit in Bibliis Magnis Maximisque, unà cum Chronico sacro, aliisque ejusdem eruditissimis opusculis.

Ioannes Fredericus Gronovius.

Commentarius de Sestertiis. Daventriæ, Typis Conradi Thomæi, anno 1643. in 8. Prima hæc editio plurimum differt ab altera qua postea prodiit.

Joannis Frederici Gronovii de Sestertiis: seu Subsecivorum pecuniæ veteris Græcę & Romanę libri quatuor. Accesserunt L. Volusius Mætianus, J. C. & Balbus Mensor de Asse. Item Paschasii Grosippi, hoc est Gasparis Scioppii, Tabulæ nummariæ. Amstelodami, apud Elzevirios, 1656. in 8.

Ioannes

Ioannes Gothofredus.

Diſputatio de Monetis & re Nummaria. Wirceburgi, Typis Volmari, 1623. in 4.

Ioannis Guidii.

Diſputatio de Moneta in libro de Mineralibus. Venetiis, apud Thomam Balionum, 1600. in 4.

Ioannes Henricus Alſtedius.

Encyclopædiæ libro XIV. & quibuſdam aliis in locis tractat de Monetis, Ponderibus & Menſuris. Excuſa eſt duobus Tomis in folio, Herbornæ Naſſoviorum, anno.

Ioannes Kitzelius, I.C. Procancellarius, Academiæ Gieſſenæ.

Tractatus poſtumus de jure Monetarum, in quo univerſum Monetæ jus controverſiis accuratè diſtinctum ad praxim hodiernam ſummo ſtudio & labore accommodatum atque juxta normam Juris Cæſarei, Pontificii & Pragmaticorum Imperii Romani ſanctionum deciſum exhibetur nunc primum in lucem editus, & notaminum quorumdam utcumque tornatus interventu per Wilhelmum Antonii Frenudeberg. Marpurgi Cattorum, Typis & ſumptibus Gaſparis Cherubini, anno 1632.

Ioannes Mariana.

Tractatus de Ponderibus & Menſuris. Toleti, in 4. anno 1599. apud Thomam Guſmanium, & apud hæredes Joannis Aubrii Francofurti, 1611. Typis Wechelianis, in 8.

Ejuſdem Diſputatio de mutatione Monetæ in XIII. capita diſtincta, extat cum aliis quibuſdam ejus opuſculis excuſa Coloniæ, apud Antonium Hieratum, anno 1609. in folio, & typis Wechelianis, 1611. in 8. Moguntiæ quoque, Typis Balthaſſaris Lippii, anno 1605.

Ioannes Phelippæus, Andegavenſis è Societate Ieſu.

Quid Ceſeph, ſive quid Argentei Siclive aptati ad Monetarum nobis cognitarum rationem: & quid etiam Ceſeph, Libra & Talentum. Item quid corus & dimidius corus & quid Gomor in menſura, præſertim Aridorum, tum quid Nebel in liquidorum menſura. Vide verſum ſecundum capitis III. Oſeæ Prophetæ Commentariis illuſtrati, in folio, anno 1636. Pariſiis, apud Sebaſtianum Cramoiſy.

Ioannes Regnaudi, Avenionenſis, I. C.

Tomi XII. Tractatuum Juris Gregorii XIII. Papæ juſſu.

 Venetiis,

Venetiis, anno 1584. excuſorum, pag.206. extat Joannis hujus Regnaudi Tractatus de Monetis, & num debeat inſpici valor tempore contractus vel ſolutionis, vel moræ, & pag. 223. de Menſuris & quorum auctoritate mutentur.

Primus verò ex iiſdem Tractatibus habetur pagina 71. Boyſſianæ,& pag. 462. Budelianæ Collectionum.

Ioannes Ruellius, Sueſſionenſis, Medicus.

Poſt Hippiatricorum libros à ſe juſſu Franciſci I. Chriſtianiſſimi Francorum Regis Latinitate donatos, addidit Diodori antiqui Scriptoris brevem tractatum de Ponderibus & Menſuris Latinè dumtaxat, addiditque ex rei veterinariæ Scriptoribus pondera & menſuras Galeni. Pariſiis, in folio, anno 1550. apud Simonem Colinæum.

Libro I. de natura Stirpium capite 16. ſcripſit de menſuris quibus longitudines herbarum demetimur. Lutetiæ, 1536. apud Simonem Colinæum,& Baſileæ, 1537. apud Frobenium, in folio. Additur à quibuſdam etiam Tractatus de rationibus ponderum. Verùm illum hactenus non vidi.

Ioannes Vaſquez de Sorna, Hiſpanus.

Libro intitulado, Redutiones de oro, y ſenorage de plata con las reglas y tablas generales de lo uno y de lo otro, compueſto, por Ioan Vaſquez de Sorna vezino de la Ciudad de Cadiz. Gadibus, 1620.

Ioannes VVolgangus Hillerus.

Vide ſuprà, verbo, Bartolomæus Volcmarus.

Ioannis VVolphangi.

Aur. diſſertatio Politica-Juridica de Jure Monetarum,&c. Baſileæ, apud Joannem Jacobum Genathium, 1617. in 4.

Iordanus Brunus.

De triplici minimo & menſura. Francofurti, anno 1591. in 8.

Iordanus Nemorarius.

Propoſitiones ejus tredecim de Ponderibus apud Joannem Petreium Norimbergæ excuſæ, anno 1533. aliaque ejus opera ad Mathematicas diſciplinas ſpectantia noſtri non videntur inſtituti, quemadmodum neque Jacobi Fabri Stapulenſis in eas Commentarii.

Ioſephus

Iosephus Iustus Scaliger, Iulii Cæsaris à Burden filius, Agenni ad Garumnam natus.

De re Nummaria dissertatio: liber postumus ex Bibliotheca Academiæ Lugduno-Batavæ editus à Willebrordo Snellio. Lugduni-Batavorum ex officina Raphelengii, 1616. in 8.

Iosias Simlerus, Tigurinus.

Vocabula rei Nummariæ, Ponderum & Mensurarum Græca, Latina, Hebraïca, Arabica, ex diversis Auctoribus collecta & in ordinem Alphabeticum dispoſita. Tiguri, apud Froschoverum, anno 1584. in 8. unà cum Dominici Massarii libris tribus de eodem argumento, &c. Idem illud Lexicon suppresso ejus nomine priùs fuerat editum cum Dictionario Latino-Germanico Joannis Frisii Tigurini sæpius à Froschovero edito in folio.

S. Isidorus, Hispalensis Episcopus.

Libro XVI. Originum sive Etymologiarum postquam egit de metallis, tribus extremis capitibus disputat de Ponderibus, Mensuris & signis Ponderum: superiori verò libro de agris eorumque finibus ac mensuris. Extant libri illi seorsim editi variis in locis atque unà cum aliis ejus operibus. Lutetiæ Parisiorum, annis 1580. & 1602. in folio. Item cum Auctoribus Linguæ Latinæ unum in corpus redactis operâ Dionysii Gothoffredi, J. C. &c.

Iulius Cæsar Bulengerus, Iuliodunensis, è Societate Iesu.

In Imperatore Romano aliisque libris quos edidit nonnulla identidem habet ad rem Nummariam veterem spectantia.

Iulius Pacius, à Beriga, I. V. D.

Tractatus ejus de mutatione Monetarum celebratur à quibusdam, sed non vidi.

Iustus Lipsius, Belga.

De re Nummaria Breviarium: opus postumum curâ Joannis Rhodii vulgatum. Patavii, in 8. 1648. apud Paulum Frambottum.

Lambertus de Vlierden, Leodiensis.

Edicta Nummorum omnium quorum usus in civitate Leodiensi & vicinis Provinciis ab anno 1477. ad usque annum 1623. Leodii, eodem anno, in 4.

Laurentius Bochellus, Crespiensis, Valesius, I. C. Parisiensis & in suprema Curia Advocatus.

In Francici Juris Miscella, atque ut Auli Gellii verbis utar, verè

rè Confusanea Bibliotheca multorum errorum amplissimo Promptuario, nisi quando eruditorum quorumdam Virorum opuscula velut quędam inseruit emblemata, de Monetis ac Ponderibus veterum recentiorumque Nummorum plurima congessit, &c. Lebreti in eadem Curia Advocati Regii extant quædam de eodem argumento actiones forenses, &c. Bibliotheca verò illa Gallicè tribus Tomis excusa est Parisiis, in folio.

Laurentius Ioubertus, è Valentia, Segolaunorum ad Rhodanum urbe, Monspeliensis Medicus.

Ponderum & mensurarum usitatiorum nomenclaturæ & notæ cum ejus Pharmacopœa & aliis Tractatibus Tomo I. operum ejus Latinorum. Lugduni, apud Stephanum Michaëlem, in folio, anno 1582. & Francofurti, apud Andreæ Wecheli hæredes, anno 1599. Primum verò edita fuit illa Pharmacopœa Lugduni, in 8. anno 1579. apud eundem Michaëlem operâ Joannis Pauli Zangmaisseri.

Laurentius Palmyrenus.

Ejus Orthographia, anno 1573. in 8. edita est Valentiæ in Hispania cum libello, cui hic præfigitur titulus:

Sylva de vocablos y phrases de moneda medidas comptar y vender para los ninos, de Grammatica Laurentii Palmyreni tertia editio.

Leonardus Portius, sive, de Portis, I.C. Vincentinus.

De Sestertio, pecuniis, Ponderibus & Mensuris antiquis libri duo. Prima editio ipso adhuc vivente auctore cum Egnatii ad Lectorem epistola, nec anno nec loco adscriptis, in 4. visa est mihi aliàs in Bibliotheca Raphaëlis Tricheti Fresnei. Incidit quoque in manus meas Basileensis, in 4. apud Joannem Frobenium non designato anno. Extat præterea Coloniensis, anni 1551. apud Henricum Mameranum cum quibusdam aliis.

Lucas Pætus, Romanus, I. C.

De Mensuris & Ponderibus Romanis & Græcis cum his quæ hodie Romæ sunt collatis libri quinque, cum ejusdem Variarum Lectionum libro unico qui sextus numeratur. Venetiis, 1573. in 4.

Lucius Apuleius, Madaurensis, Afer.

De Ponderibus & Mensuris ac signis cujuscumque ponderis liber è Græco Latinus factus per Joannem Baptistam Nicolaum, cum libello de notis seu signis vel characteribus Ponderum & Mensurarum

Mensurarum incerti Auctoris. Vide supplementum operum Joannis Messuæ Damasceni. Venetiis, apud Valgrisium, anno 1575. in folio, & ibidem apud Juntas, 1589. & 1623. in folio. Gaspar Wolphius Apulienum seu Apulium quemdam vocat, nec videtur tribuere Madaurensi.

Lucius Macianus.

Vide Volusius.

Ludovicus de Alcazar, Hispalensis, Societatis Iesu.

Post amplissimos in Apocalypsim D. Joannis Commentarios subjecit Vestigationem veritatis in sacris Ponderibus ac Mensuris, Propositionibus 24. constantem cum Synopsi Hebraïcorum Ponderum & Mensurarum. Antuerpiæ, apud hæredes Martini Nutii, 1619. in folio.

Ludovicus Cellotius, Parisinus, Societatis Iesu.

Numismatum veterum ad Gallicam pecuniam reductorum ex Budæo tabula aucta, distincta, interpolata. Flexiæ in charta expansa apud Ludovicum Hebert, 1622. Brevior hæc eadem Tabella priùs in eadem urbe jam prodierat apud Jacobum Rezé, hoc titulo: Numismatum antiquorum ad pecuniam Gallicam reductio.

Ludovicus de Chabans.

Raisons pour montrer que l'Edit nouvellement fait sur les Monnoyes est juste & qu'il est au soulagement du peuple: par Louys de Chabans. Parisiis, 1609. in 8. apud viduam Nicolai Roffert.

Apologie de l'Edit des Monnoyes: ou refutation des erreurs de Maître Guillaume & de ses adherants, par Louys de Chabans Sieur du Maine. Parisiis, in 8. anno 1610. apud viduam Nicolai Roffert.

Ludovicus Gardinius.

Remedium erroris in Ponderibus Medicis. Duaci, apud Petrum Auroy, 1631. in 12. cum ejusdem Tractatibus de Medicamentis purgantibus & contra pestem.

Ludovicus Hullin, Senator Aurelianensis.

Le rapport des poids & Monnoyes des anciens aux nôtres, & maniére de compter & nombrer en iceux, par M. Louys Hullin Conseiller en la Prevôté d'Orleans. Aureliæ ad Ligerim, in 8. anno 1585.

Ludovicus Romanus, I.C.

Consilium ejus XXIII. de re Monetaria extat pag. 683. Collectionis Budelianæ.

Ludovicus Savot, Medicus Parisiensis.

De ejus erudito opere diximus suprà Parte prima hujus Bibliothecæ Nummariæ, quam consule.

Ludovicus Servinus, Advocatus Regius in Senatu Parisiensi.

Sur l'exposition des Monnoyes fabriquées en la Souveraineté de Dombes, Plaidoyer XVIII. du III. Volume de ses Plaidoyers imprimez à Paris.

N. Dominus de Malestricto.

Deux Paradoxes du Seigneur de Malestroict, Conseiller du Roy & Maître ordinaire de ses comptes sur le fait des Monnoyes, presentez à sa Majesté au mois de Mars 1566. avec la Refutation, par Iean Bodin. Parisiis, apud Jacobum du Puys, anno 1578. in 8.

Paradoxa eadem cum Bodini responso Sermone Latino expressa habentur pag. 751. & sequentibus Budelianæ Collectionis.

Mammes Gisse, Lingonensis.

Tariffe & concordance des poids de 22. Provinces les plus pratiquez au tems present par les Marchands François, Allemans, & plusieurs autres. Lugduni, in 8. apud Carolum Pestrot, 1571.

Manlius Theodorus.

Extare dicitur in membranis Manlii cujusdam Theodori libellus de Ponderibus & Mensuris. Vide pag. 198. Speciminis novæ Bibliothecæ manuscriptorum librorum.

Marcus Antonius Coccius, Sabellius.

Vide Commentarium ad Augustum Suetonii Tranquilli.

Marcus Antonius Tartarus.

Dichiaratione del raccordo di Marc-Antonio Tartaro in materia di Monete raccordate e publicate à sua serenità con le risolutioni raccontate in dialogo delle oppositioni e quesiti, che potessero esser fatti contra esso raccordo. Patavii, apud Gasparum Crivellarum, 1617. in 4.

Marianus Socinus, I. C.

De re Monetaria Consilium CXLV. ex volumine I. descriptum inseruit Collectioni suæ Budelius pag. 790.

Marinus Mersennus, Cenomanensis, Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula.

Tractatus de Mensuris, Ponderibus atque Nummis tam Hebraïcis quàm Græcis & Romanis ad Parisiensia expensis. Vide initium libri cujus titulus est: Cogitata Physico-Mathematica, &c.

Parisiis,

Parisiis, apud Antonium Bettier, 1644. in 4.

Marquardus Freherus, Consiliarius Comitis Palatini ad Rhenum.

De re Monetaria veterum Romanorum & hodierni apud Germanos Imperii libri duo cum Nicolai Oresmii & Gabriëlis Byelii Commentariis quos notis locupletissimis illustravit. Lugduni, apud Gothardum Vœgelinum, 1605. in 4.

Ejusdem extat, de Verbis Domini Jesu: Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris; & quæ sunt Dei, Deo; sermo Votivus Theolog-historicam ejus loci explicationem continens. Heidelbergæ, apud Christophorum Leonem, anno 1598. in 4. Anno quoque sequenti in eadem urbe excudendum curavit hoc titulo: De Numismate Censûs à Pharisæis in quæstionem vocato. Dissertatio Theolog-historica, editio auctior, in 4. apud Andream Cambierum, anno 1599.

Martinus Garratus, Laudensis, I. V. D.

Tractatus de Monetis habetur Tomo XII. Collectionis Tractatuum Juridicorum jussû Gregorii XIII. Pontificis publicatæ, pag. 203. tum pag. 36. Boyssiani & pag. 445. Budeliani Syntagmatum Monetariorum.

Martinus Gregorius, Turonensis Medicus.

Traité des poids & mesures avec la composition des medicamens prise de Galien.

Matthæus Boyß, Legum Licentiatus.

Tractatus varios atque utiles de Monetis, earumque mutatione ac falsitate, in gratiam studiosorum ac practicorum collegit, & brevibus scholiis explanavit, præfixa ad Reinerum Budelium epistola. Coloniæ, in 8. anno 1574. apud Theodorum Baumium. In ea verò Collectione reperiuntur Gabriël Biel, Joannes Aquila, Pirckheimerus, Garratus, Joannes Regnaudi, Brunus, Hornomannus, Molinæus, Covarruvias & Collegium Papiense, quos omnes postea, excepto nescio quam ob causam Biele, suam in Syllogem transtulit Budelius.

Matthæus Contius, Pastor Lechensis.

Encomium artis nobilissimæ Numismata feriendi Latinè & Germanicè decantatum, 1619.

Matthæus Hostus, Germanus.

De numeratione emendata veteribus Latinis & Græcis usitata, in 8. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, anno 1580.

Historia rei Nummariæ libris quinque, in quibus continetur exquisita Nummorum & externorum inter se & cum præcipuis Nummis Germanicis Collatio. Francofurti ad Oderam, sive ut alii vocant Marchionum, anno 1586. in 8. duobus Tomis apud Andream Eichorn.

Alii in tres Tomos distribuunt hoc ordine: Primus continet Historiam rei Nummariæ veteris, Romanæ, Græcæ, Hebraïcæ & Externæ: Secundus, libros tres de veteribus Ponderibus & Mensuris intervallorum Romanis, Græcis, Hebraïcis & Externis: Tertius, opuscula quædam varia raræque eruditionis plena ideoque lectu dignissima.

Melchior Goldastus, Haimensfeldius, Consiliarius Holsato-Scaurenburgicus.

Catholicon rei Nummariæ, sive leges Monarchicæ de rebus Nummariis & pecuniariis quotquot ab orbe condito ad annum Christi 1620. in quatuor Mundi Monarchiis latæ & promulgatæ sunt. Francofurti, apud Rulandios, 1620. in 4.

Accessit Chronologia Auctorum qui de re Monetaria tractatus instituerunt inde à Nativitate Christi usque ad annum 1620.

Pag. 140. libri illius observat Basileenses ad Rhenum in Helvetiis populos nondum Luthero-Zuinglianæ hæreseos pestilentissima lue infectos monetam cudisse anno 1521. cum hac Epigraphe Catholico-Christiana: O S. MARIA ORA PRO NOBIS. MONET. NOVA AUREA CIVIT. BASIL.

Michaël Neander, ex valle Ioachimica, Vir quidem doctus, sed Lutheri sui insano amore perditus κ᾽ ὄντως λυθηρομανῶν.

Synopsis Mensurarum & Ponderum, Ponderationisque mensurabilium secundùm Romanos, Athenienses, Georgos & Hippiatros, ex præstantissimis Auctoribus hujus generis contracta. Accesserunt quæ apud Galenum hactenus extabant de Ponderum & Mensurarum ratione vehementer depravata nunc Græcè & Latinè multò correctiora. Basileæ, apud Joannem Oporinum, 1555. in 4.

Milo de Norry, Carnotensis.

Arithmetique contenant la reduction, tant de toutes especes de Monnoyes servans à faire tous payemens & receptes, que des autres brasses, cannes, palmes, poids, & autres mesures de pays à autre: la forme

forme de l'achapt, vente & distribution de toute sorte de Marchandise tant en gros qu'en détail. Avec la maniére universelle des remises, traittes & retours des changes, ensemble leurs differences des Monnoyes de France, Flandres, Angleterre, Espagne, Italie, Allemagne, que pays de Levant: le tout par une pratique briéve & facile. Parisiis, in 4. apud Ægidium Gourbin, anno 1574.

Nicandri, Colophonii Poëtæ Theriacon & Alexipharmacon auctoris Scholiastæ Græci.

Curiosis Lectoribus multa ad intelligentiam veterum Ponderum ac Mensurarum subministrabunt Interpretes illi Anonymi, quorum scholia cum utroque illo poëmate edita sunt Coloniæ, 1530. in 4. & Parisiis, in 4. anno 1577. &c.

Extat & ejusdem Nicandri de Ponderibus & Mensuris liber, inquit, qui ad Joannis Sambuci Medicorum Icones brevem explicationem sive Indiculum adjecit. Verùm is in manus meas potitiamve nondum venit.

Nicolaus Briot, Monetalis Scalptor.

Raisons de Nicolas Briot, Tailleur & Graveur Général des Monnoyes de France, pour rendre & faire toutes les Monnoyes de ce Royaume, à l'avenir uniformes & semblables, & faire cesser toutes les falsifications, déguisemens, rongnemens & affoiblissemens des Monnoyes: comme aussi,

Les Remontrances faites par la Cour des Monnoyes au Conseil d'Etat de sa Majesté contre la nouvelle invention d'une presse ou machine pour fabriquer les Monnoyes, proposée par Nicolas Briot. Parisiis, anno 1618. in 4.

Nicolaus Coquerellus, Generalis Monetarius.

Discours de la perte que les François reçoivent en la permission d'exposer les Monnoyes étrangéres, & l'unique moyen pour empêcher que les bonnes & fortes Monnoyes à fabriquer aux Cours & armes du Roy ne puissent être à jamais falsifiées, rognées, surhaussées de prix, ny transportées hors le Royaume, par M. Nicolas de Coquerel, Conseiller du Roy & Général en la Cour des Monnoyes. Parisiis, apud Franciscum Jacquinum, 1608. in 8.

Réponse faite par Nicolas Briot Tailleur & Graveur Général des Monnoyes de France, aux Remontrances de la Cour des Monnoyes, & des Prevôts, Ouvriers & Monnoyeurs de France.

Parisiis, apud Florum Bourriquant, 1617. in 4.

Avertissement pour servir de réponse au discours nagueres publié sur le fait des Monnoyes, par Nicolas de Coquerel. Parisiis, 1609. in 8. apud Nicolaum Buon.

Evaluation de l'or & de l'argent & nouveau prix de Monnoye pour empêcher que les Monnoyes de France ne puissent être à jamais surhaussées de prix, rognées, falsifiées & transportées hors le Royaume. Parisiis, anno 1609. in 8. apud Franciscum Jacquinum.

Véritable rapport des Conferences tenuës à Paris, & Fontainebleau, pour remedier aux désordres des Monnoyes, &c. par M. Nicolas de Coquerel. Parisiis, apud Joannem Millot, 1610. in 8.

Les causes principales du surhaussement des Monnoyes de France & la manière d'y remédier, à la conservation des Finances du Roy & du Royaume, presenté à la Reyne par Nicolas de Coquerel. Parisiis, anno 1612. in 8. apud Viduam Nicolai Roffert.

Seul & unique moyen proposé & presenté au Roy, pour conserver les richesses de ses sujets, & bannir à jamais de ses Royaumes les faux monnoyeurs, rogneurs & billonneurs, par M. Nicolas de Coquerel, &c. Parisiis, in 8. anno 1614. apud Franciscum Jacquinum.

Moyen d'enrichir la France de la dépouille des Indes, d'augmenter les Finances du Roy, & d'asseurer les biens de tous ses sujets par la reformation des désordres qui sont aux Monnoyes de France. Parisiis, in 8.

Réponse du Sieur de Coquerel à deux propositions du surhaussement du marc d'argent le Roy: la première de 37. sols 2. d. avec peu de frais pour la dépense de la Monnoye: la seconde de 45. sols aux fraix de $\frac{1}{11}$ de la Monnoye à faire.

Examen d'un avis presenté au Conseil de sa Majesté dès le mois de Ianvier 1621. pour la reformation des Monnoyes, par Nicolas Briot, composé par le même Sieur de Coquerel.

Nicolaus Everardus, Middelburgicus, Præses Mechliniensis Senatus.

Duo ejus consilia in negotio Monetarum LXXVIII. & CV. cum quibusdam aliis edidit Reynerus Budelius pag. 689. suæ Collectionis.

Nicolaus

Nicolaus Oresmius, Decanus primùm Rothomagensis Ecclesiæ, deinde Lexoviensis Episcopus, Caroli V. Francorum Regis cognomento Sapientis Præceptor, qui vivebat adhuc anno 1378.

Liber de origine & potestate, necnon de mutationibus Monetarum extat cum aliis ejusdem opusculis in veterum Patrum Parisiensibus Bibliothecis operâ Margarini Bignæi editis, in Coloniensi, &c.

Seorsim verò idem Tractatus excusus fuit Lugduni, apud Gothardum Vœgelinum, anno 1605. in 4. cum libris duobus de re Monetaria Marquadi Frecheri & Gabriëlis Byel succincto tractatu, deinde Helmstadii, anno 1622. apud Zachariam Rab operâ Joannis à Fuchte.

Oribasius, Sardianus Medicus, aut quis alius ejusdem cum ipso nominis.

Fragmentum ex Oribasii libro κατὰ Ἀδαμάντιον (Alciatus vertit secundùm, Neander verò adversùs Adamantium) citatur in Tractatu de Ponderibus & Mensuris sive Collectaneis illis quæ vulgò Claudii Galeni nomen præferunt.

Consulenda verò imprimis ejusdem doctissimi Medici Synopsis libri II. cap. 58. ad Eustathium filium, ubi Ponderum & Mensurarum ratio redditur.

Papiense Collegium.

Consilium in materia augmenti Monetarum factum per excelsum Collegium Papiense extat Tomo XII. pag. 218. Collectionis Tractatuum Juris quæ Gregoriana dicitur, tum apud Boyssium pag. 167. & apud Budelium pag. 465.

Paulus Ægineta, Medicus.

De Ponderibus & Mensuris Jano Cornario Zuiccamiensi Medico interprete cum sex Aëtii Amideni Sermonibus. Basileæ in officina Frobeniana, anno 1533. in folio, & in integris omnium ejus operum editionibus, de quibus alias. Consule libri VII. caput 28.

Paulus Eberus.

Vocabula rei Nummariæ, Ponderum ac Mensurarum Græca, Latina, Hebraïca collecta ex Budæo, Camerario, & optimis auctoribus cum appellationibus quadrupedum, insectorum, volucrum, piscium, frugum, leguminum, olerum. Lipsiæ, in 8. anno 1564.

1564. & priùs Wittembergæ, anno 1556. pariter in 8.

Petrus Andreas Matthiolus, Senensis, Medicus Cæsareus.

Mensurarum ac Ponderum Typos ad Dioscoridis mentem ex Claudio Galeno edidit in suis Commentariis ad libros sex Dioscoridis Anazarbei de materia Medica sæpissimè Venetiis & alibi excusis. Videnda præ cæteris editio Francofortensis, apud Nicolaum Bassæum, in folio, anno 1598. curâ Gasparis Bauhini publicata.

Petrus Ciacconius, Toletanus.

De Ponderibus, Mensuris & Nummis atque in Columnæ Rostratæ quæ Romæ visitur Inscriptionem opuscula. Romæ ex Typographia Vaticana, in 8. 1608. necnon superioris sæculi, anno 86.

Petrus Gassendius, Diniensis Præpositus.

In Appendice Tomi III. de Philosophia Epicuri extat cum aliis Abacus Sestertlalis, sive de Sestertiis moneta nostra Gallica expressis, brevis, sed accuratissimus tractatus.

Petrus Olandt, Everdosensis, Franco.

Disputatio de Monetis & re Nummaria ad sacri Romano-Germanici Imperii usum accommodata, & Reverendissimo Illustrissimoque D. Joanni Godefrido Bambergensi & Wirceburgensi Episcopo Franciæ Orientalis, Duci S. R. J. Principi inscripta, quam præsidente D. Petro Papio J. V. D. defendendam suscepit M. Petrus Olandt, &c. Wirceburgi, Typis Joannis Wolmari, 1622.

Petrus Petit, Boius, Monslucienſis.

Reduction, rapport ou raison des poids, des mesures, & pieds de divers lieux d'Europe, d'Afrique, & d'Asie, avec les poids, mesures & pieds de Paris : aprés l'Avantpropos du Livre intitulé l'Vsage ou le moyen de pratiquer par une seule régle toutes les operations du Compas de Proportion. Parisiis, in 8. 1634. apud Melchiorem Mondiere.

Petrus Possinus, Narbonensis, Societatis Iesu.

Dissertatio brevis de re Nummaria legitur post ejus Orationes Tolosæ editas in 8. anno 1654. apud Franciscum Boude.

Philibertus Monetus, Allobrox è Societate Iesu.

Abacus Romanarum rationum, hoc est de Nummariis, de Mensurarum Ponderumque notis, de denariaria & sestertiaria ratione, de proportione veterum recentiorumque Nummorum atque de talento Nummario Ponderarioque Commentariolus. Lugduni,

duni, anno 1618. in 8. apud Ludovicum Mugucturn.

Ejuſdem quoque Auctoris eſt, quamquam nomen non præferat, Tabella in folio expanſo hoc titulo: Veterum Nummorum ad recentes Francicos proportio: Lugduni, apud Joannem Abel, anno 1617.

Philippus Beroaldus, Bononienſis.

Vide Commentarios ejus ad Auguſtum Suetonii.

Philippus Melanchthon, Brettanus.

Vocabula Menſurarum & rei Nummariæ cum interpretatione Germanica. Baſileæ, apud Hervagium edita fuiſſe didici ex Simlero. Vidi ego quoque excuſa 1529. in 8. apud Petreium: verùm abſque interpretatione Germanica.

Vocabula rei Nummariæ, Ponderum & Menſurarum Græca, Latina, Hebraïca, quorum intellectus omnibus neceſſarius eſt, collecta ex Guillelmi Budæi, Joachimi Camerarii & Philippi Melanchthonis annotationibus, in 8. Witebergæ, apud Joannem Cratonem, anno 1556. Eadem quoque memini vidiſſe me impreſſa Typis Lipſiæ in officina Vœgeliana, anno 1564. in 8.

Idem de Ponderibus & Menſuris ad Germanicum uſum ſententia Haganoæ, apud Joannem Secundum, 1530. in 8.

Philippus Pigafetta.

Della grandezza di Roma di Giuſto Lipſio libri IV. vulgarizati da Filippo Pigafetta, con tre diſcorſi, l'uno de Seſtertii antichi, l'altro del cadimento de gli Imperii, e terzo delli Ponti di Roma. Romæ, anno 1600. in 8.

Pontus Heuterus, Delſius, Præpoſitus Arnhemenſis.

Monetæ veterum æreæ, argenteæ, aureæ, quæ olim apud Hebræos, Græcos & Latinos, præcipuè in uſu fuit cum noſtri ſæculi anni à Chriſto nato CIƆIƆCX. inter Europæos Chriſtianos maximè uſitata, analogica Comparatio & de Menſuris longitudinum veterum in faciendis itineribus. Prodiit primò anno 1600. in 4. apud Joannem Kierberginm cum libris duobus de Veterum ac ſui ævi Belgio, &c. Deinde unà cum omnibus ejus operibus in folio. Lovanii, anno 1649. apud Judocum Coppenium.

Priſcianus, Cæſarienſis Grammaticus.

Tribuitur illi liber ad Symmachum de figuris & nominibus Numerorum, & de nominibus & Menſuris Ponderum, ubi inter

cætera plurimi facienda sunt fragmenta Varronis ex libro quarto de Lingua Latina & Didymi ex libro de Analogia apud Latinos, &c.

Extat cum Eliæ Vineti Santonis Annotationibus post Francisci Hotomanni librum de re Nummaria, & Parisiis, anno 1565. apud Sebastianum Nivellium, in 8. Absque illis verò sæpe sæpius excusus est libellus ille Parisiis, Coloniæ, &c. sed præcipuè consulenda editio Grammaticorum Latinorum studio Eliæ Putschii, Hannoniæ, Typis Wechelianis, anno 1605. in 4. duobus Tomis.

Quintus Fannius.

Vide Rhemmius.

Reinerus Budelius, Ruremondanus, I. C. & Electoris Coloniensis Monetarum tam Rhenensium quàm VVestfalicarum Archiepiscopalium Præfectus.

De Monetis & re Nummaria libri duo: quorum primus artem cudendæ monetæ: secundus verò quæstionum Monetariarum decisiones continet.

His accesserunt Tractatus varii atque utiles, necnon Consilia singularésque Additiones, tam veterum quàm neotericorum Auctorum qui de Monetis earumdémque valore, liga, pondere, potestate, mutatione, variatione, falsitate ac similibus scripserunt. Sunt autem ii de quibus sigillatim jam monuimus suis locis.

Albertus Brunus, Joannes Aquila, Bilibaldus Pirkeimerus, Martinus Garatus, Franciscus Curtius, Joannes Regnaudi, Collegium Papiense, Carolus Molinæus, Didacus Covarruvias, Henricus Mameranus, Henricus Hornmannus, Franciscus de Aretio, Antonius Rubeus, Ludovicus, Romanus, Nicolaus Everardus, Jacobus Menochius, Elbertus Leovinus, Joannes Cephalus, Marianus Socinus, Henningus Gœden, Joannes Bodinus, D. de Malestricto, Joachimus Mynsingerus, &c. Coloniæ Agrippinæ, apud Joannem Gymnicum, anno 1591. in 4.

Q. Rhemmius Fannius Palæmon, vel ut aliis scribitur, Remus seu Remmius Favinus, Medicus, Natione, ut addunt, Vicentinus.

Carmen de Ponderibus & Mensuris veterum mutilum illud quidem atque imperfectum hactenus sæpe excusum fuit in Poëtarum Corpore & Choro, ut vocant, Genevæ & Lugduni, in 4. cum

cum Cornelii Celsi opusculis, Samonici Sereni poëmatio, aliisque, cum Poëmatis veterum à Pithœo publicatis Lutetiæ, anno 1590. post tractatum Lucæ Pæti, post librum Francisci Hotomanni cum Eliæ Vineti Commentariis & cum iisdem apud Sebastianum Nivellium, 1565. in 8. Parisiis, cum Prisciano, Beda, Volusio, &c.

Robertus Canalis, Episcopus Abrincensis, Theologiæ Doctor ordine & origine Parisiensis.

De vera Mensurarum Ponderúmque ratione opus de integro instauratum & jam tertiò auctum & recognitum ab Auctore cum Paralipomenis quibusdam, Parisiis, apud Joannem Roigny, 1547. in 8. Secunda editio apud eundem Typographum prodierat. Prima mihi ignota, nisi fortè hunc prætulerit titulum, quem alicubi reperi: Roberti Senalis Regiensis de liquidorum leguminúmque Mensuris ex variis Sacræ Scripturæ & Auctorum veterum ac recentiorum locis congestæ observatiunculæ. Parisiis, apud Robertum Stephanum, 1532. in 4.

Romæus Bocchius.

Romeo Bocchi della giusta universal misura e suo typo. Tomo primo intitulato, Anima della moneta. Tomo secondo intitolato, Corpo della moneta. Venetiis, apud Joannem Baptistam Ciottum, 1621. in 4.

Ruffus, nescio quis.

Traité des Monnoyes & alliages d'or & d'argent, par M. Roux. Parisiis, in 4.

Saladinus de Esculo, Medicus.

De dosibus & Ponderibus ac de eorum nominibus & differentiis. Vide particulam tertiam Compendii Aromatariorum cum Joannis Mesuæ operibus excusi Venetiis, annis 1527. & 1581. in folio, in officina Juntarum.

Judicium ejusdem de Ponderibus medicinalibus extat initio Onomastici sive Lexici Medicinæ simplicis Othonis, Brunsfeldij Moguntini. Argentinæ, annis 1534. & 1543. ibidem apud Joannem Schottum, in folio.

Scipio Gramontius, à S. Germano, Regi à Secretis.

Le denier Royal: Traité curieux de l'or & de l'argent, par Scipion de Gramont Sieur de S. Germain, Secretaire de la Chambre du Roy. Parisiis, apud Tussanum du Bray, 1620. in 8.

Sebastianus Gonzales de Castro, Madritensis, Monetarius Cæsar-Augustæ in Regno Aragoniæ.

Declaration del valor de la plata, ley y peso de las Monedas antiquas de plata ligada de Castella y Aragon, y la quarta forma que se ofrece para modena Provincial reducida à la antiqua de estos Reyos y consumo de los ochanos gordos y Calderilla sin perdida de la Real hazienda, ni dela de estos Reynos. Madriti, anno 1658. in 4. apud Didacum Diaz de la Carrera Typographum Regium.

Severinus Delubac, Mathematicus Romanensis in Delphinatu.

Tabulam legitimæ hæreditatis ab eo scriptam Gallicè vidi impressam Lugduni, 1575. in 8. apud Benedictum Rigaud.

Soranus, Ephesius, vetus Archiater.

Capite 22. Isagoges in Artem medendi breviter agit de Mensuris & Ponderibus. Edita fuit Basileæ, anno 1528. in folio, studio Albani Torini Vitudurensis cum Oribasii Sardiani fragmento de victûs ratione, Plinii Valeriani (non ut quidam voluerunt Caii Plinii Secundi Historiæ naturalis Scriptoris) de re Medica libris quinque, L. Apuleii Madaurensis de herbarum virtutibus & libello de Betonica quem alii tribuunt Antonio Musæ, &c.

Stanislaus Grepsius, Polonus.

Epitome de Ponderibus & Mensuris, quæ apud profanos leguntur auctores ex Guillelmo Budæo potissimùm desumpta. Item de multiplici siclo & talento Hebræorum ac de Mensuris Hebraïcis tam aridorum quàm liquidorum. Antuerpiæ, apud Christophorum Plantinum, anno 1568. in 8. Porro sua præfatione invehitur in Georgium Agricolam jure, an injuria, viderint eruditi.

Theodorus de Mayerna Turquetus.

Traité des Monnoyes.

Rothomagi, anno 1642.

Thomas Turquamus, Generalis Monetarius.

Remontrances faites au Parlement de Dijon le 10. *Septembre* 1573. *par M. Turquam Général des Monnoyes, Commissaire député par sa Majesté, pour l'exécution du décry des espéces de billon étrangéres, qui s'exposent au Duché de Bourgogne.* Parisiis, apud Joannem Dallier, in 8. anno 1573.

Avis donné par Thomas Turquam en une assemblée faite à Paris au mois de Septembre 1577. par devant Monsieur le Cardinal de Bourbon pour

pour déliberer sur les memoires presentez au Roy, afin d'abolir le compte à sols & à livres, & doresnavant faire tous contrats & obligations à écus. Parisiis, apud eundem Joannem Dallier, in 8. anno 1578.

Tillemannus Frisius.

De re Nummaria libros quatuor Germanicè scripsit, ubi de Monetarum materia, valore, &c. impressos Francofurti ad Mœnum, anno 1592. in folio.

Vide suprà, verbo, Cyriacus Spengembergus.

L. Volusius Matianus, quem quidam nominant Matianum Volusianum.

Assis distributio ac vocabula & notæ partim in rebus pecuniariis, Pondere, numero, mensura, seorsim editus est. Parisiis, in 8. apud Philippum Roullium & Sebastianum Nivellium, anno 1565. in 8. cum Scholiis Eliæ Vineti. Item post Codicem Theodosianum, Basileæ, Lugduni ac Parisiis editum, post tractatum Francisci Hotomanni de re Nummaria, post libros de Sestertiis Joannis Frederici Gronovii, Basileæ, apud Henricum Petri, &c.

VVillebrordus Snellius.

De re Nummaria liber singularis. Lugduni Batavorum, 1613. in 8. ex officina Raphelengii.

Idem Josephi Justi Scaligeri de eodem argumento Tractatum postumum in lucem emisit, ut superiùs monuimus.

VVillelmus Oren.

Scripsit opusculum de Moneta quod Fersonis operibus appendicis vice adjectum est, inquit Josias Simlerus, sed quid sibi velint ista non capio: nisi fortè (re attentiùs expensa) intelligat librum Nicolai Oresmii, quem Typographi Gersonicorum operum alicui editioni subjunxerint.

VVolfgangus, Langenzennensis.

Tractatus de jure Monetarum citatur à quibusdam quem non ego hactenus videre potui.

Cautio ad Lectores necessaria.

Antequam verò ad Anonymos pergam, placet hîc meos admonere Lectores, quosdam hic à me omissos, quos non secus ac præcedentes æquo aut fortè etiam meliori jure recensere potuissem; videlicet Alexandrum ab Alexandro, Angelum Decembrium, Avicennam Arabem, Cornelium Celsum, Cælium Calcagninum,

Cælium Rhodiginum, Commentatores Auctorum Historiæ Augustæ ad Aurelianum Flavii Vopisci, Aurelii Victoris & Eutropii, ubi de bello Monetariorum, Franciscum Marcum quæstione 263. de mercede eorum omnium quorum operâ Rex utitur in cudendis monetis, Hygenum Grammaticum, Henricum Savillium, Interpretes Juris Romani ad titulum de Monetariis & Murilegis libri XI. Codicis Justinianei, Joannem Fernelium, Joannem Ravisium Textorem, Joannem Rosinum ejúsque adnotatorem Thomam Dempsterum, Joannem Scrapionem, Joannem Tortellium, Julium Pollucem, Ludovicum Charondam lib. I. Pandectarum Juris Francici cap. 18. Martianum Capellam, Nicolaum Præpositum, Petrum Crinitum, Petrum Gregorium Tolosanum, Petrum Guenois, Polydorum Virgilium, Raphaëlem Volaterranum, Scribonium Largum, Thomam Garzorum cap. 142. Plateæ Universalis, Wolfgangum Lazium lib. III. cap. 1. de Republica Romana, & plures alios, qui mihi modò non occurrunt.

Anonymorum aliquot series.

Extat post notitiam dignitatum Imperii Romani, Basileæ & Lugduni, in folio, ac Parisiis, anno 1651. Regiæ Typographiæ formis in 12. excusam libellus singularis de Bellicis rebus inscriptus, in quo de inhibenda largitate, ex quibus temporibus profusio vel avaritia cœperit, de fraude & correctione monetæ, & similia ipso ejus initio pertractantur.

Post Historiæ Romanæ Epitomen ex Flori, Paterculi, Victoris, Rufi, Messalæ, Eutropii & aliorum Historicis opusculis contextam editámque Amstelodami, anno 1625. in 24. apud Guillelmum Janss. Cæsium extat exiguus Tractatus de Mensuris & Ponderibus veterum.

Auctor vetus de Ponderibus editus est cum Scriptoribus rei agrimensoriæ.

Operibus Joannis Mesuæ adjungi solet incerti auctoris adsignatio notarum, Ponderum ac Mensurarum.

Anonymi Tractatus de Ponderibus & Mensuris habetur cum operibus Avicennæ ex Arabico Sermone in Latinum conversus ab Andrea Alpago Bellunensi, editúsque Venetiis, Basileæ, &c. Ipse quoque Avicenna peculiare habet caput de Ponderibus & Mensuris libro quinto, summa secunda, tractatu octavo.

Monetarum

Monetarum omnium Germanicarum Icones, liber elegantissimus juxtà ac rarissimus in Bavaria Monachii editus in folio, anno 1604. apud Adamum Berg visebatur aliàs in laudata jam Raphaëlis Fresnei Bibliotheca.

Pratique pour connoître les Monnoyes en vieille lettre Gothique.

Extrait du livre des Evaluations faites par la Chambre des Monnoyes, ordonné être fait par ordonnance de ladite Chambre le 12. *May* 1544. *cité par Poullain dans ses ouvrages manuscrits.*

Ordonnances du Roy pour le Réglement Général de ses Monnoyes, publié à Paris, en sa Cour de Parlement, le Vendredy 23. *jour de May* 1572. *avec les portraits & figures, poids & prix des especes tant de ce Royaume qu'étrangéres, ausquelles le Roy donne cours par la presente ordonnance, & de celles qui se trouvent en ce Royaume, & sont décriées avec le prix que les Maîtres des Monnoyes & Changeurs en seront tenus donner au peuple, tous déchets de fonte, salaire de change & autres frais déduits. A Paris, chez Jean Dallier,* 1572. *in* 8.

Discours sur les causes de l'extrême cherté qui est aujourd'huy en France & sur les moyens d'y remédier. A Paris, chez Pierre l'Huillier, 1574. *in* 8.

Privileges, Franchises, exemptions & libertez des Officiers, Ouvriers & Monnoyeurs de la Monnoye de Rennes en Bretagne. En la même ville, 1613. *in* 4.

Discours sur l'Etat des Finances du Roy. A Paris, chez Jean Richer, 1614.

Figures des Monnoyes de France, par Hautin, 1619. *in folio.*

Thresor des Monnoyes, contenant plusieurs secrets touchant les alliages & essays. A Bourdeaux, 1624. *in* 8.

Declaration faite au Roy des richesses inestimables & thresors nouvellement découverts dans la France. A Paris, 1632. *in* 8.

Avis au Roy sur le réglement & surhaussement des Monnoyes étrangéres. A Paris, 1635.

*Remontrance générale sur la grande utilité publique de l'augmentation du prix des Monnoyes tant de France qu'étrangéres. A Paris,*1636.

Quelques remarques sur la remontrance de Messieurs de la Cour des Monnoyes. A Paris, 1652. *in* 4.

Description Sommaire de la France, Allemagne, Italie, & Espagne

avec la Guide des chemins & postes pour aller & venir par les Provinces, auquel est ajoûté un Traité des Monnoyes & de leur valeur. Rothomagi, anno 1640. in 12.

D. J. B. Vir eruditus qui ſacris Biblis ab Antonio Vitré, anno 1663. Pariſiis in folio excuſis notas Hiſtoricas inſeruit addiditque ſacram Chronologiam, eidem ad calcem Tractatum accuratum de Ponderibus Monetiſque Antiquorum ac Menſuris tam longitudinum ut vocant, quàm aridorum liquidorumque ſubjunxit cum deſcriptione antiquæ Hydriæ quæ in Porturegienſi Diœceſeos Pariſienſis Abbatia viſitur.

Non difficile fuerat plura Innominatorum Scriptorum opuſcula ac Principum Regumque, præſertim Chriſtianiſſimorum, Edicta Monetaria congerere & in medium proferre: ſed ſufficient opinor, quæ hactenus abundè nobis aliud ferè agentibus occurrerunt, præſertim cùm ab eo tempore quo iſta primùm corradere & in ordinem digerere aggreſſi ſumus, prodierit in lucem publicam clariſſimi viri Germani Conſtantis opus egregium de rebus ad Curiam Monetalem ſpectantibus, cujus ſuprà ſuo loco Epigraphen adſcripſimus.

AD
LECTOREM EVNDEM PHILOBIBLUM
CAVTIO ALTERA NECESSARIA.

PROXIMÆ Francofordienſis Mercatus Nundinæ, quas Vernales vocant, quibus breve hoc opuſculum unicè addixit Bibliopola noſter, promiſſam in Indice Antiquariæ ſupellectilis Mantiſſam penitus ſuccidere & in opportunius aliud tempus differre cogunt. Conſultius quippe viſum mihi omnino illam non attingere, quàm ſelectis dumtaxat præcipuis quibuſque de hoc argumento Scriptoribus mancam atque imperfectam exhibere tibi, *Lector Philobible.* Succedat ergo illius in locum altera Bibliothecæ Bibliothecarum Appendix, in quam morantibus prælis quæcumque mihi deinceps omnia ſedulo rimanti occurrerunt, plena, ut experieris ipſe, miraberiſque ſat ſcio, congeſſi manu. Et ne te noſtris diutius fatigemus verbis, concludat elegantiæ Latinæ non poſtremus cultor Phædrus.

Superſunt mihi quæ ſcribam, ſed parco ſciens.
Primum, eſſe ne tibi videar moleſtior
Deſtringit quem multarum rerum varietas:
Dein ſi quis eadem fortè conari velit,
Habere ut poſſit aliquid operis reſidui.
Quamvis materiæ tanta abundet copia,
Labori faber ut deſit, non fabro labor.

Verùm tempus eſt manum tandem de tabula tollere, & ad promiſſam ſuprà, ac penè de manibus elapſam ac fugitantem Antiquariæ Supellectilis Mantiſſam accedere. Prodeat ergo fauſtis avibus, & Antiquitatum præcipuè Romanarum ſtudioſis indagatoribus, quod optamus, ſperamus, ominamur, abundè proſit.

MANTISSA ANTIQUARIÆ SVPELLECTILIS,

EX ANNVLIS, SIGILLIS, GEMMIS, Lapidibus, Statuis, Obeliſcis, Inſcriptionibus, Ritibus ſacris profaniſque, ſimilibuſque, Romanæ præſertim Antiquitatis, Monumentis collecta.

Abrahamus Gorlæus, Antuerpianus.

DACTYLIOTHECA, ſive annulorum ſigillarium tam apud Græcos quàm apud Romanos uſus, è ferro, ære, argento & auro, cum figuris annulorum & gemmarum, quibus Antiquitas in ſigillando uti ſolita eſt, ſculpturis. Lugduni-Batavorum, 1650. in 4.

Ægidius Bucherius, Atrebas, è Societate Ieſu.

Poſt Commentarios ad Victorii Aquitani Canonem Paſchalem, publicavit Kalendarium Romanum vetus circa annum Chriſti 354. editum Catalogum de Præfectis urbi & alia. Antuerpiæ, 1633. in folio. Ex officina Plantiniana Balt. Moreti.

Ægidius Sadeler, Sculptor Cæſareus. Veſtigi delle Antichita di Roma, Tivoli, Pozzuolo e altri luochi. Pragæ, 1606. in 4. oblongo.

Ageſilaus Mariſcottus.

De Perſonis & Larvis, earumque apud Veteres uſu & origine Syntagmation. Editio altera auctior. Romę, apud Andream Phęum, 1639. in 8.

Albericus

Albericus.

De Deorum imaginibus liber. Basileæ, anno 1570. in folio excussus, & alibi aliis formis cum Hygino similibusque Mythologis, Phurnuto, sive Cornuto, Palæphato, Fulgentio.

Albericus Gentilis.

De armis Romanis libri duo. Hanoviæ, apud Guillelmum Antonium, 1612. in 8.

Aldus Manucius junior.

De Quæsitis per epistolam libri tres, in quibus de multis ad Romanam Antiquitatem spectantibus differitur. Venetiis, 1576. in 8. Nec omittenda ejus percelebris Orthographia, ubi pleræque veterum lapidum aliorumque Monumentorum Inscriptiones. Venetiis, 1551. in 8. Ejus quoque visenda Epitome sæpius edita Antuerpiæ, Duaci, &c.

Alexander ab Alexandro I. C. Neapolitanus.

Genialium dierum libri sex, sæpius editi Parisiis, apud Joannem Petrum, 1532. &c. Est mihi ad manum editio Francofortensis anni 1595. apud Nicolaum Bassæum cum Semestribus Andreæ Tiraquelli (de quo postea) & Christophori Coleri Auctario.

Alexander Donatus, Senensis, è Societate Iesu.

Roma Vetus ac Recens utriusque ædificiis ad eruditam cognitionem expositis. Romæ, in 4. ex Typographia Manelphii, anno 1539.

Alexander de Nigris.

Epistola ad Joannem Baptistam Capponium de vetustissimę Lapideæ cujusdam inscriptionis erasione. Bononiæ, 1660. in 4.

Alexander Sardus, Ferrariensis.

De Moribus & Ritibus Gentium libri tres, & duo de Rerum inventoribus, iis maximè, quorum nulla fit mentio apud Polydorum Virgilium. Venetiis, apud Zilletum, 1557. in 8. Moguntiæ, apud Franciscum Behem, 1577. in 8.

Alexander VViltheimius, Luxemburgensis, è Societate Iesu.

Diptychon Leodiense ex Consulari factum Episcopale & in illud Commentarius, ubi etiam de Bituricensi ac Compendiensi, aliisque antiquitatis Monumentis. Leodii, 1659. in folio. Apud Joannem Matthiam Hovium, & ibidem anno sequenti Appendix, ubi &

aliud Leodienſe diptychon explicatur, & de Pugillaribus antiquis agitur.

Ejuſdem diſſertatio de Phiala Reliquiarum S. Agathæ Virginis & Martyris, ubi de veterum lenticulis, ampullis, laguneulis, &c. Auguſtæ Trevirorum, 1656. in 4. apud Heubertum Reulandt.

Alfonſus Ciacconius O. P. Hiſpanus, Romani Pontificis Pœnitentiarius.

Hiſtoria utriuſque belli Danici à Trajano Cæſare geſti ex ſimulachris, quæ in ejuſdem Columna Romæ viſuntur, cum vindiciis Hiſtoriæ (Fabulam alii vocant) de anima Trajani, &c. Romæ, apud Franciſcum Zannetum, 1576. in folio.

Ambroſius Morales, Cordubenſis.

De Trajani Pontis inſcriptione extat ejus, ac Lucii Andreæ Reſendii Epiſtola Tomo II. Hiſpaniæ Illuſtratæ, pag. 1021.

Ejuſdem Corduba, ibidem pag. 835. & ſeorſim edita.

Las Antiquedades de las Ciudades de Eſpana. Compluti, 1575. in folio.

Aurelius Haurechius.

De Cognominibus Deorum Gentilium libri tres aucti tertia ferè parte. Lovanii, 1569. in 8.

Andreas Alciatus, Mediolanenſis I. C.

Libellus de Magiſtratibus Civilibus Militaribuſque Officiis cum Notitia utriuſque Imperii ſæpius edita. Item de Formula Imperii Romani cum aliis ejuſdem argumenti Opuſculis. Baſileæ, apud Oporinum, 1556. in 8. Vide Collectiones omnium ejuſdem eruditiſſimi Juriſconſulti Operum de quibus diximus pag. 256. Bibliothecæ Nummariæ.

Andreas Dominicus Floccus, Florentinus.

De Poteſtatibus, ſeu Magiſtratibus Romanorum liber ſæpe ſæpius falsò vulgatus ſub Lucii Feneſtellæ nomine. Pariſiis, apud Simonem Colineum, 1535. in 8. Antuerpiæ, apud Plantinum, 1561. in 8. & alibi deinceps adſcripto vero auctoris nomine.

Andreas Fulvius, Praneſtinus, Antiquarius Romanus.

L'Antichita di Roma con gli edifici Antichi e Moderni con le aggiuntioni di Girolamo Ferrucci Romano, &c. Venetiis, apud Hieronymum Francinum, in 8. anno 1588. Priorem aliquam editionem viderat Onuphrius Panvinius, illam arbitror quæ prodiit Romæ, anno

anno 1545. apud M. Valerium Doricum unà cum aliis ejusdem authoris Opusculis.

Andreas Ioannes Lascaris Rhindacenus.

De Castrorum metatione & quibusdam aliis ad Militiam Romanorum spectantibus excerptis ex Polybio, & Latino sermone redditis. Basileæ, apud Robertum Winter, 1537. in 4.

Andreas Marianus, Bononiensis.

Ruinarum Romæ Epigrammata quibus miranda Urbis agnoscuntur, Sacra visitantur, Nova & Vetera elogiis recensentur. Bononiæ, 1641. in 8.

Andreas Palladius.

L'Antiquita di Roma aggiuntovi un discorso sopra gli fuochi de gli Antichi. Romæ, per Nicolaum Mutium, 1599. in 8. & Venetiis, 1594. sub Hieronymum Francinum post libellum cui titulus : *Le cose Miraviglìose dell' alma Citta di Roma, &c. Novamente corrette e amplite dal Padre Fra Santi de Sant' Agostino.*

Andreas Resendius. Vide infrà Lucius.

Andreas Tiraquellus Fontiniacensis Picto I.C. & Regius in Curia Parisiensi Senator. Vide suprà, verbo, Alexander ab Alexandro cujus Dies Geniales uberrimam Antiquitatem Romanorum penu eruditissimis observationibus illustravit ac locupletavit.

Angelus Rocca seu Rocchensis O. A. Ep. Tagastensis.

De Campanis Commentarius. Romæ, 1612. in 4.

Antonius Gallonius Cong. Orat.

Trattato de gli instrumenti di Martyrio e delle varie maniere di martoriare usate da Gentili contra Christiani descritte e intagliate in rame. Romæ, cum figuris, anno 1591. in 4. ab Antonio Tempesta Florentino in ære expressis.

Alteram editionem Latinam idem Gallonius emisit anno 1594. cum figuris à Joanne Guerra delineatis quidem, sed in ligno incisis.

Idem opus Latinum de Sanctorum Martyrum cruciatibus cum figuris iisdem alias Romæ per Antonium Tempestam in ære incisis excudendum, anno 1659. Par. in 4. curavit Raphaël Trichetus Fresneus, & propter argumenti communionem Hier. Magii tractatum de equuleo & Justi Lipsii de Cruce compendium subjunxit.

Antonius Augustinus Cæsar-Augustanus, ex Alifano & Ilerdensi Antistes Tarraconensis,

De Legibus & Senatus-Consultis liber: adjunctis Legum antiquarum & Senatus-consultorum fragmentis cum notis Fulvii Ursini. Romæ ex Typographia Dominici Basæ, 1583. in 4. Parisiis, in folio, apud Ægidium Beysium, 1584. cum Justi Lipsii libello de Legibus Regiis & Decemviralibus. Vide quoque ejusdem librum de Nominibus propriis Pandectarum. Tarracone, in folio, 1579.

Raphaël Trichet du Fresne Vir eruditus & solertissimus, rarorum, atque exquisitorum codicum indagator secum paulò ante obitum retulit ex Hispania librum oppido rarum Antonii Augustini Dialogorum sermone Hispanico excusum hoc titulo. *Dialogos de Medallas, Inscriciones, y otras Antiguedades.* Ex Bibliotheca Antonii Augustini Archiepiscopi Tarraconensis. *Con Licencia del Superior. En Tarragona, per Felipe Mey,* 1587. *in* 4. Franciscus Ximenes de Urrea Capellanus Regiæ Majestatis & Regni Aragonici Chronista, ut vocant, qui non pœnitendas aliquot annotationes manuscriptas ad marginem Hispanico pariter idiomate adscripsit, Dialogos illos observavit scriptos fuisse ab Augustino, *A instancia de Dom Rodrigo çapata suyo sobrino.*

Antonius Bosius, Romanus.

Roma Sotterranea opera postuma disposta dal Giovanni Severani da santo Severino dell' Oratorio di Roma. Romæ, apud Guillelmum Franciottum, anno 1632. in folio Regali.

Eadem Roma subterranea Latinè prodiit duobus Tomis in folio, Romæ, anno 1651. Typis Mascardi, operâ & studio Pauli Aringhii Romani ejusdem Congregationis Presbyteri.

Antonius Verderius Dominus Vallis-privatæ.

Les Images des Dieux contenant leurs portraits, coûtumes & cérémonies de la Réligion des Payens avec l'Histoire Généalogique des Dieux des Anciens, par E. la Plonce-Richette. Lugduni, apud Paulum Frellonium, 1610. in 8.

Athanasius Kircherus, Fuldensis Buchonius, è Societate Iesu.

Oedipus Ægyptiacus: hoc est Universalis Hieroglyphicæ Veterum Doctrinæ temporum injuria abolitæ instauratio. Tomis tribus, Romæ ex Typographia Vitalis Mascardi, 1652. in folio.

Obeliscus Pamphilius: hoc est, Interpretatio nova & huc usque intentata

intentata obelisci Hieroglyphici, quem erexit Innocentius X. Pontifex Maximus. Romæ, Typis Ludovici Grignani, 1650. in folio.

Alia ejusdem Viri eruditissimi opera, Musurgicum, Magneticum, Artem Lucis & Umbræ, similiaque, ut minus ad nostrum institutum facientia prætermitto, ut in Prodromo Linguæ Copticæ hæream, in quo nonnullas veteres inscriptiones explanavit.

Aymarus Rivallius, Allobrox, I. C. Vide Bibl. Bibl. p. 200.

Balthasar Bonifacius.

De Archivis liber singularis. Venetiis, 1632. in 4.

Balthasar de Victoria.

Del Theatro de los Dioses de la Gentilidad. Valentiæ, 1646. in 4.

Bartholomæus Bartholinus Gasparis filius.

De Penula Commentarius cum Henrici Ernstii Epistola de eodem argumento. Hafniæ, 1655. in 8.

Barnabas Brissonius, Fontenaiensis, Picto, Præses in Curia Parisiensi.

De formulis & solemnibus Populi Romani verbis libri octo. Parisiis, in folio, anno 1583. apud Sebastianum Nivellium, &c. In manibus habeo editionem Francofurtensem, apud Joannem Wechelum & Petrum Fischerum, anno 1592. in 4. emendatissimam.

De veteri ritu Nuptiarum & jure Connubiorum. Lugduni-Batavorum, 1641. in 12. cum aliis post editionem Parisiensem anni 1607. in 4. inter varia ejus opera Juridica & Philologica.

Bartolomæus Amantius. Vide Petrus Apianus.

Bartolomæus, sive *Ioannes Bartolomæus Marlianus*, *Patricius Mediolanensis.*

Topographia urbis Romæ ad Franciscum Regem Gallorum ejusdem urbis liberatorem invictum. Bernæ Helvetiorum, 1539. in folio, Romæ, in ædibus Valerii Dorici, in folio, 1550. tum Lugduni, Basileæ & alibi variis formis.

Consulum, Dictatorum, Censorumque series Romanorum, unà cum ipsorum Triumphis quæ Marmoribus sculpta in Foro reperta est, atque in Capitolium translata. Romæ, anno 1549. Eadem Venetiis, 1555. in 4. Verùm absque Editoris nomine, ut dicemus infrà in Anonymis.

Benedictus Balduinus, Ambianensis.

Calceus Antiquus & Rusticus, Parisiis, 1615. in 8.

Benedictus

Benedictus de Falco Neapolitanus.

Descrittione de i Luoghi antiqui di Napoli e del suo amenissimo distretto. Neapoli, in 12. anno 1580. apud hæredes Mattii Canceri.

Bernardinus Baldus, Vrbinas, Guastallæ Abbas.

In Tabulam æneam Eugubii in Umbria repertam Lingua veteri Hetrusca perscriptam Divinatio. Augustæ Vindelicorum, 1613. in 4.

Ridiculam divinationem vocat atque in eam acrius invehitur Henricus Ernstius in suis ad Hetrusca Curtii Inghirami fragmenta Observationibus.

Blondus Flavius Foroliviensis, Eugenii IV. Secretarius.

Romæ Triumphantis libri X. Romæ instauratæ libri tres. Italia instaurata atque Historiarum ab inclinato Romano Imperio Decades tres. Basileæ in Officina Frobeniana, 1531. in folio, ut priores Editiones omittam.

Cæsar Rasponus, Basilicæ Lateranensis Canonicus.

De Basilica, & Patriarchio Lateranensi, libri quatuor. Romæ, apud Ignatium de Lazzeris, anno 1656. in folio.

Cæsar Ripa, Perusinus, Eques SS. Mauricii & Lazari.

Iconologia, o vero Descrittioni de diverse Imagini cavate dall' Antichità e di propria inventione. Romæ, apud Lepidum Facium, anno 1603. in 4. Ultimam Editionem anni 1645. in 4. Venetiis, amplificavit Joannes Zaratinus Castellinus. Vide quoque infrà, verbo, Joannes Balduinus.

C. Sorellus, Insulæ Dominus.

Des Talismans ou figures faites sous certaines Constellations, avec les observations contre le Livre des Curiositez inouyes de Gaffarel, & un traité de l'Onguent des Armes sympathetique & constellé, &c. tiré de la seconde Partie de la science des choses Corporelles. Parisiis, apud Antonium de Sommaville, 1636. in 8. & 1640.

Carolus Errardus, Pictor Regius.

Vasa antiqua & alia plurima æri incisa & serenissimæ Suecorum Reginæ Christinæ Gustavi F. dicata. Parisiis, in folio.

Franciscus. Perruccius. Vide, Thomas Porcacius.

Franciscus Pola, I. C. Veronensis & Patavinus Professor.

L'Epitaphio, Dialogo nel quale s'ingegna il modo di comporre gli Epitaphi all' antica. Veronæ, apud Angelum Tamum, 1626. in 4.

Franciscus

Franciscus Polletus, Catuacus, I. C.

Historia Fori Romani libris V. conscripta ac Paralipomenis & corollariis aucta & illustrata per Philippum Broidæum Ariensem Urbis Duacenæ à Consiliis. Duaci, anno 1572. & 1576. in 8. Lugduni, 1583. 1587. in 8. tum Duaci, 1591. in 8. apud Balthasarem Bellerum.

Franciscus Robortellus, Vtinensis.

De Nominibus Romanorum cum disputatione de Historica facultate. Florentiæ, 1548. in 8.

De vita & victu populi Romani libri XV. Bononiæ, in folio, 1559. apud Benacios, cum ejusdem disputationibus novem in quibus inter cætera de Provinciis Romanorum, de Judiciis, de Magistratibus, de Familiis, de Cognominibus, de Præmiis Militaribus, &c. quæ primum Patavii prodierunt, anno 1557.

Fridericus Tiliobroga, Germanus.

Vide, verbo, Valerius Probus, cujus aliorumque libros de notis Romanorum interpretandis recudendos curavit additis observationibus.

Fulvius Vrsinus, Romanus.

Leges & Senatus-consulta quæ in veteribus cùm ex lapide tum ex ære monumentis reperiuntur, edidit cum Notis. Romæ, apud Franciscum Zannettum, 1583. in 4. de Familiis Romanis aliisque dictum est suprà.

Gabriel Naudæus, Parisinus.

Instrumentum plenariæ securitatis scriptum anno 38. Justiniani Imperatoris quod extat in Bibliotheca Christianissimi Regis. Romæ, 1641. in 4.

Gaspar Peucerus.

De Præcipuis Divinationum generibus. Francofurti, 1593. in 8.

Gaudentius Merula.

De Antiquitate Gallorum Cisalpinorum cum Querela Apologetica. Vide Italiam illustratam, anno 1600. in folio, Francofurti: nec omittendus qui proximè adjacet Bonaventura Castillionæus de Gallorum Insubrum antiquis sedibus.

Georgius Douza Iani F.

Veteres inscriptiones ex Byzantio & ex reliqua Græcia in lu-

cem emisit post epistolam de suo Itinere CP. Lugduni-Batavorum, 1599. in 8.

Georgius Fabricius, Chemnicensis.

Roma cum libris duobus Antiquitatum ex ære, marmoribus, saxis, membranisque veteribus collectarum & Itinerum suorum libro uno. Basileæ primum, anno 1551. apud Oporinum, tum anno 1587. in 8. ut omittam Argentoratensem, Lipsiensem, aliasque editiones.

Georgius Gualterus.

Collectio Inscriptionum Antiquarum & Tabularum Siciliæ & Brutiorum cum ejusdem Animadversionibus. Messanæ, 1624. in 4. apud Petrum Bream.

Georgius Longus, Ambrosianæ Bibliothecæ Custos primus.

De Annulis signatoriis Antiquorum: sive, de vario obsignandi ritu Tractatus. Mediolani, 1615. in 8. apud Joannem Baptistam Piccaleum.

Georgius Pictorius Villingamus, Ensishemii in Superiore Alsatia Archiater.

Apotheosim Deorum cùm Romanorum tum cæterarum gentium scripsisse dicitur, fortè in Pantopolio contra opiniones Philosophorum, &c. Basileæ, 1568. in 8. Edidit quoque Scholia in Dactyliothecam Marbodi Galli Poëtæ, Episcopi Redonensis in Armorica, &c.

Georgius Portius.

Specchio, o vero Compendio dell' Antichita di Roma sacre e profane. Romæ, 1625. in 12.

Georgius Rittershusius, Germanus.

De Jure Asylorum. Argentorati, 1624. in 8. apud Eberardum Zetznerum.

Gerardus Ioannes Vossius, Belga.

De origine & progressu idololatriæ libri quatuor, ubi multa de Diis Antiquorum. Amstelodami, anno 1641. in 4. duobus vol.

Ejusdem quoque consulendus liber de 4. Artibus popularibus & alia opera.

Guerricus Pisonus I. C.

De Romanorum & Venetorum Magistratuum comparatione. Patavii, 1563. in 4.

Guido

Guido Pancirollus Regienſis I. V. D.

De Magiſtratibus Municipalibus, & Corporibus artificum & de XIV. Regionibus Urbis Romæ, earumdemque ædificiis libri duo, Venetiis & Lugduni, cum ejuſdem commentariis in Notitiam utriuſque Romani Imperii Orientalis & Occidentalis, annis 1593. & 1608.

Delle coſe de gli antichi e moderni con l'aggiunta di Flavio Gualtieri. Venetiis, 1612. in 4.

Guidonis Pancirolli enumeratio rerum memorabilium mutatarum, ſive deperditarum, Commentariis illuſtrata ab Henrico Salmuth Ambergenſium Syndico ſæpius edita: mihi Francofurti, 1646. in 4. ſumptibus Godefridi Schonetteri.

Guillelmus Choulius, aliàs Caulius dictus, aut Braſsicanus.

Præter libros prima parte Bibliothecæ Nummariæ à nobis recenſitos, Joſias Simlerus in Epitome Bibliothecæ Geſnerianæ tribuit eidem Inſcriptionum totius Galliæ opus antiquum & Latinum, cum Scholiis ejuſdem: ſed nec ego vidi, nec ſi fuerint unquam in rerum natura accepi. Addit & de Antiquitatibus Romanorum Gallico ſermone: necnon de & Thermis antiquorum & exercitationibus Græcorum & Romanorum atque ferocium animalium librum Gallico & Latino ſermone.

Guillelmus Paſtregicus.

De Originibus rerum, &c. liber repurgatus à Michaële Angelo Blondo. Venetiis, 1647. in 8.

Henricus Ritſeſius.

De Annulorum aureorum origine, &c. Nummarii operis præludium, cui acceſſit Commendatio Annulorum Hiſtorica Hugonis Grotii Lipſiæ.

Henricus Salmuth I. C. Vide, verbo, Pancirollus.

Henricus Savilius, Anglus, Eques.

Commentarius de Militia Romana ex Anglico Latinus factus. Heidelbergæ, Typis Vœgelianis, anno 1601. in 4.

Henricus Spondanus Mauleo-Solenſis, Apamiarum Epiſcopus.

Cœmeteria ſacra. Pariſiis, apud Dionyſium de la Nouë, 1638. in 4.

Hermannus Hugo.

De Militia Equeſtri Antiqua & Nova. Antuerpiæ, in folio, anno 1630. apud Balthaſarem Moretum.

Henricus Barberosius.

Le Antichita di Roma di Bartholomeo Marliani tradotta in lingua volgare. Romæ, 1622. in 12.

Hieronymus Alexander junior, Forojuliensis.

Navis Ecclesiam referentis symbolum in veteri Gemma annulari insculptum, sive sacri symboli in veteri gemma navem Ecclesiæ repræsentantis accurata explicatio. Romæ, 1626. in 8. apud Franciscum Corbelletum.

Antiquæ Tabulæ Marmoreæ Solis effigie symbolisque exsculptæ accurata explicatio, anno 1616. in 4. Romæ. Altera quoque editio auctior atque emendatior, Parisiis, 1617. in 4. prodiit, apud Sebastianum Cramosium quæ singulis paginis præfert titulum Tabulæ Heliacæ. Accessit expositio sigillorum Zonæ veterem ex albo marmore statuam cingentis.

Quædam ab eodem addita ad explanationem antiquæ Inscriptionis Lucii Scipionis Barbati à R. P. Jacobo Sirmondo conscriptam. Romæ, 1617. in 4. apud Bartholomæum Zannettum.

Hieronymus Bossius.

De Romana Toga Commentarius. Ticini, anno 1614. in 4. Isiacus de Sistro opusculum. Mediolani, 1612. in 12.

De Strena idem scripsit, edíditque opusculum in 8. 1624.

Hieronymus Ferrutius, Romanus.

Quamplures additiones ex his quæ celebria in urbe exorta & aucta sunt, dicitur adjecisse Marlianeæ Urbis Romanæ Topographiæ, Venetiis excusæ in 8. anno 1588. cum Imaginibus apud Hieronymum Francinum. Vide etiam suprà, verbo, Andreas Fulvius.

Hieronymus Magius, Anglariensis Etruscus.

De Tintinnabulis liber postumus cum notis Francisci Suvertii. Hanoniæ, 1608. in 8.

Ejusdem de Equuleo hactenus incognito & notis Gothofredi Jungermani Joachimi Camerarii ex filia nepotis liber itidem postumus cum Appendice è variis qui idem argumentum tractarunt. Hanoviæ, 1609. in 8.

Idem de Equuleo liber editus fuit Parisiis, anno 1659. in 4. cura & studio Raphaëlis Fresnei qui etiam Elogium ejusdem præfixit ex opere quod meditabatur de rerum Italicarum Scriptoribus. Vide suprà, verbo, Antonius Gallonius.

Hieronymus

Hieronymus Mercurialis, Foroliviensis, Medicus.

Artis Gymnasticæ libri sex, in quibus omnium vetustarum exercitationum genera, loca, modi, facultates, &c. Venetiis, in 4. apud Juntas, 1569. & 1573. tum Parisiis auctiores apud Jacobum Dupuys, in 4. anno 1577.

Horapollo Niliacus, aliis Horus Apollo.

Quæ ejus nomen præferunt Hieroglyphica sæpius edita sunt. Habeo præ manibus editiones Græco-Latinas, tum Parisiensem, in 4. anno 1618. de qua verbo, Nicolaus Caussinus, tum Augustæ Vindelicorum ad insigne Pinûs, anno 1595. in 4. cum versione Latina Jo. Merceri ejusdemque ac Davidis Hœschelii observationibus & Notis. Vidi etiam Græcè dumtaxat excusa Venetiis, apud Aldum, in folio, anno 1505. cum pluribus aliorum opusculis: versionem quoque Latinam Bernardini Trebatii Vincentini, Basileæ, à Joanne Frobenio editam, 1518. in 4. Fuit & G. L. Parisiis, anno 1521. apud Petrum Vidovæum: Fuit & Latino-Gallica, &c.

Hubertus Goltzius, Herbipolita, Venlonianus.

De indice seu Thesauro rei Antiquariæ uberrimo ex antiquis, tam Numismatum, quàm Marmorum inscriptionibus diligenter conquisito, diximus suprà Parte I. Bibliothecæ Nummariæ.

Iacobus Gaufridus, Tauroentius, Gallus.

Vindicata antiquitas, seu Parecbasis encomiastica pro Curiositatibus inauditis Jacobi Gaffarelli. Parmæ, 1634. in 4. Verùm quis dealbet Æthiopem? aut Pardum jubeat mutare varietates suas? Cùm & ipse earum author atque collector solemni abjuratione eas ex animi sui sententia damnaverit ac reprobaverit.

Iacobus Gaffarellus D. Catharinæ Prior & D. Amelii Perpetuus Commendator.

Curiositez inouyes sur la sculpture Talismanique des Persans, Horoscope des Patriarches & lecture des Estoiles. Parisiis, in 8. anno 1629. Apud Hervæum du Mesnil. Cujus libri crassissimos errores eruditè atque ingeniosè refellit C. Sorellus D. Insulæ, de quo suprà egimus, addiditque ipsius Gaffarelli Retractationem proprio nomine ac chirographo munitam die 4. Octobris anni 1629. Parisiis, ex decreto Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis.

Iacobus Gothofridus, Parisinus, I. C. Genevæ Professor.

De statu Paganorum sub Christianis Imperatoribus, seu Commentarius

mentarius ad Titulum X. de Paganis libri XII. Codicis Theodosiani. Typis Gothardi Vœgelini, 1616. in 4.

De Cenotaphio.

Iacobus Gohorius.

De usu & mysteriis notarum liber, in quo vetus & litterarum & numerorum, &c. ratio explicatur. Parisiis, apud Vincentium Sertenas, 1550. in 8. eidem quoque jungere meritò possis alterum libellum ibidem eodemque anno editum de Notis , sive de Arte Notaria.

Iacobus Gretserus, Marckfardensis, Germanus, è Societate Iesu.

Ejus sat omnibus noti libri de Cruce, de Festis & Funere Christianorum, aliique annis 1600. 1601. 1612. Ingolstadii excusi, apud Adamum Sartorium, &c.

Iacobus Gutherius, Calvimontanus, Lingo, in Senatu Parisiensi Advocatus.

Parte I. Bibliothecæ Nummariæ egimus de libris ab eo editis, IV. de Veteri Jure Pontificio, III. de Jure Manium, seu de ritu, more & legibus prisci funeris: III. item de officiis Domus Augustæ publicæ & privatæ. Nunc verò placet hîc exscribere Elogium quod ei dicavit Thomas Reinesius libri III. Variarum Lectionum cap. 16. pag. 611.

Jacobum Gutherium J. C. libris de Officiis Domus Augustæ variæ & reconditæ eruditionis multa feliciter eruisse, quæ hactenus Juris Antiquitatum lytæ simul & Antecessores ignorarunt palam est, eoque videri dignissimum, cui juxta Alciatos, Cujacios, Brissonios, Fabros, Pithæos, Pancirollas, Revardos, Jurctos, Gothofredos, & reliqua Europæ lumina in comitio vel in memoriæ fano togata statua cum elogio ponatur ; Operam ejus commendat elegantiarum studiosis vel imprimis, quod dicta sua veterum Marmorum scripturis tanquam lemniscis quibusdam & clavis in purpura aureis exornat : quas & fidelius repræsentat, & applicat eruditius, & exponit dexterius, quàm à Wolfango Lazio in Commentariis Reipublicæ Romanæ factum, cujus ὡς ἀνοργιασίη τινὸς καὶ ἐξεμῶντος ὃ οὐκ ἔπεψεν, errores in hoc genere infiniti sunt.

Iacobus Laurus, Romanus.

Antiquæ Urbis splendor : hoc est, Præcipua Urbis Templa, Amphi-

Amphitheatra, Circi, Arcus triumphales, &c. in æs incisa. Romæ, in 4. 1612.

Splendore dell' Antica Roma, nel quale se rappresenta i principali Tempii, Theatri, cierchi, &c. in secunda impressione dal medesimo Autore Iaccomo Laoro aggiuntovi le descritioni de le figure in tre linguaggi Italiano, Tedesco e Franceze. Branciani, apud Andream Feum, in 4. oblongo.

Iacobus MarZarus, Vincentinus.

La Historia di VicenZa divisa in due libri. Vincentiæ, 1604. in 4. apud Georgium Græcum: à pag. 22. nonnullas profert inscriptiones.

Iacobus MaZochius, Bibliopola Romanæ Academiæ.

Inscriptiones, sive ut vocat, Epigrammata, Antiquæ Urbis collectæ à Jacobo Mazochio. Romæ in ejus ædibus, anno 1521. in folio, præmisso Valerii Probi libello de Notis Antiquarum litterarum emendato à Mariangelo Accursio.

Iacobus Philippus Tomasinus, Patavinus, Ep. Æmoniensis.

De Donariis & Tabellis votivis liber. Utini, 1639. in 4. II. Editio auctior & emendatior. Patavii, 1659. in 4.

Manus æreæ Cecropii votum referentis, dilucidatio. Patavii, Typis Sebastiani Sardi, anno 1649.

Ejusdem de Tesseris Hospitalitatis & jure hospitii. Utini, 1647. in 4. Urbis Patavinæ Inscriptiones sacræ & profanæ. Patavii, 1649. in 4. Item Territorii Patavini Inscriptiones sacræ & profanæ. Quibus accesserunt omissæ in primo volumine. Patavii, 1654. in 4.

Iacobus Pino, Parisiensis Curiæ Senator integerrimus.

De Anno Romano Carmen cum Annotationibus. Editio altera. Parisiis, in 8. apud Sebastianum Cramoisy, anno 1630.

Iacobus Purliliarum Comes.

De re Militari libri duo. Basileæ, in 8. anno 1537. apud Joannem Oporinum, post Polybii librum de Romanorum militia Latinè versum à Jano Lascari Rhyndaceno.

Iacobus Sirmondus, Ricomagensis, Arvernus, è Societate Iesu.

Vetustissima Inscriptio qua Lucii Cornelii Scipionis Barbati Elogium continetur, Romæ reperta & doctis explicationibus illustrata. Romæ, ex Typographia Bartolomæi Zannetti, anno 1617. in 4. Eodemque anno Parisiis excusa in 4. sed absque Hieronymi

Alexandri

Alexandri additionibus, de quibus suprà.

Iacobus Zabarella.

Gli Arronzi overo di Marmi Antichi con la vita di Lucio Arronzio Stella e di Mario Arronzio Aquila. Patavii, 1655. in 4.

Ianus Gruterus, Antuerpianus.

Inscriptiones Antiquæ totius Orbis Romani in corpus absolutissimum redactæ cum Appendice & indicibus XXV. ingenio ac cura Jani Gruteri, auspiciis Josephi Scaligeri & Marci Velseri. Accedunt Notæ compendiariæ Tironis Ciceronis liberti, ac Senecæ, ut volunt (multa enim à recentioribus saltem admixta nemo prudens negaverit) Francofurti, apud Hieronymum Commelinum, in folio, anno 1603.

Ianus Iacobus Boissardus, Vesuntinus.

Præter ea quæ de ejus operibus diximus Parte I. Bibliothecæ Nummariæ, extat ejusdem Tractatus postumus de Divinatione & Magicis præstigiis, quarum veritas ac vanitas solidè exponitur per descriptionem Deorum Fatidicorum, qui olim responsa dederunt, eorumdemque Prophetarum, Sacerdotum, Phœbadum, Sibyllarum, & Divinorum, qui priscis temporibus, celebres Oraculis extiterunt. Adjunctis simul omnium effigiebus ab ipso auctore è Gemmis, Marmoribus, Tabulisque antiquis ad vivum delineatis, & per Joannem Theodorum Bry civem Oppenheimensem æri incisis. Oppenheimii ad Rhenum inter Vormatiam & Moguntiam, Typis Hieronymi Galleri, anno circiter 1615. in folio.

Ejusdem Boissardi Romanæ Urbis Topographia & Antiquitates tam publicæ quàm privatæ, cum figuris incisis in ære ejusdem Theodori de Bry operâ. Francofordii apud Saurium, 1597. in folio tribus voluminibus.

Ianus Vlitius.

De Venatione Novantiqua Commentarius unà cum Grato, Nemesiano & Calpurnio cum ejusdem Notis editis Lugduni-Batavorum, 1640. in 12.

Ioachimus Haginocinus.

Inscriptiones Wirebergenses. Witebergæ, anno 1637. in 4.

Ioannes Andreas Quenstedt.

De Antiquis Ritibus Sepulcralibus Romanorum, Græcorum, Judæorum

Judæorum & Christianorum disputationes. Witebergæ, 1648.

Ioannes Antonius Summontius.

Nonnulla ad Antiquitates Neapolitanas spectantia habet in Historia Italica excusa 1601. in 4. apud Carlinum.

Ioannes Antonius Valtrinus, Romanus, è Societate Iesu.

De re militari Veterum Romanorum libri septem. Coloniæ, apud Arnoldum Mylium, 1597. in 8.

Ioannes Aquila.

De omni ludorum genere opusculum. Oppenheimii, 1516. in 4.

Ioannes Balduinus.

Iconologie ou explication nouvelle des Images de César Ripa, moralizées par Iean Baudoüin. Parisiis, apud Matthæum Guillemot, 1644. in folio.

Ioannes Baptista Bellus, è Societate Iesu.

De partibus Templi Auguralis, & de mense ac die Victoriæ Pharsalicæ diatribæ duæ. Tolosæ, anno 1637. in 8.

Ioannes Baptista Casalius.

De veteribus Ægyptiorum ac Romanorum profanis Ritibus. Romæ, in 4. anno 1644. apud Andream Pheum.

Ejusdem de veteribus sacris Christianorum ritibus, sive apud Orientales, sive Occidentales Catholica in Ecclesia probatis. Editio posterior Romæ, anno 1647. in folio, nam prior in 4. anno 1645. prodiit.

Ejusdem de Urbis ac Romani olim Imperii splendore. Ibidem, 1650. in folio.

Ioannes Baptista Donius, Florentinus.

Dissertatio de utraque Penula. Parisiis, 1644. in 8.

Ioannes Baptista Hausenius.

De Jurejurando veterum liber. Tolosæ, apud Raymundum Colomerium, in 4. anno 1614.

Ioannes Baptista Lurnus.

De Annulo pronubo Deiparæ Virginis, qui Perusiæ asservatur, Commentarius. Romæ, anno 1622. in 8.

Ioannes Boccatius de Certaldo.

De Deorum Genealogia libri XV. cum notis Jacobi Micylli, &c. Basileæ, apud Hervagium, in folio, anno 1532.

Ioannes Bertel, Grudius seu Lovaniensis, Abbas Epternacensis O.B.

De Diis Gentilium eorumque sacrificiis, qui in Luxemburgo aliquando culti fuêre. Coloniæ, 1608. in 4. Typis Burgenii unà cum Historia Luxemburgensi.

Ioannes, seu Ioannes Baptista de Cavalleriis.

Antiquarum Statuarum urbis Romæ primus & secundus liber. Romæ, in folio, annis 1569. & 1585.

Ejusdem illustrium urbis Romæ ædificiorum quæ supersunt reliquiæ æneis tabulis incisis repræsentatæ. Ibidem eodemque anno, in 4. oblongo.

Ioannes Chifletius, Ioannis Iac. F. Canonicus Tornacensis, &c.

Joannis Macarii Canonici Ariensis Abraxas seu Aristopistus, quæ est Antiquaria de Gemmis Basilidianis disquisitio. Accedit Abraxas Proteus, seu multiformis gemmæ Basilidianæ portentosa varietas exhibita & Commentario illustrata à Joanne Chifletio Can. Tornacensi, Philippo IV. Reg. Catholico & Serenissimo Principi Joanni Austriaco à sacris Oratorii. Antuerpiæ ex officina Plantiniana, 1657. in 4.

Ioannes Chrysostomus Zanchius.

Extremo libro III. de Orobiorum sive Cenomanorum in Italia origine nonnullas inscriptiones adjecit. Vide pag. 180. Italiæ illustratæ. Francofurti, in folio, 1600. in Bibliopolio Cambieriano.

Ioannes Cuspinianus.

De Cæsaribus atque Imperatoribus Romanis dictum est alio loco: nunc succedant:

Fasti, sive de Consulibus Romanorum Commentarii cum Sexti Rufi Epitome & Cassiodori Senatoris Chronico sive libello de Consulibus Romanorum, &c. Basileæ, apud Oporinum, 1553. in folio.

Ioannes Duret.

L'harmonie & Conférence des Magistrats Romains avec les Officiers François. Parisiis, 1574. in 8.

Ioannes Faber, Bambergensis, Medicus Romanus.

Imagines Illustrium ex Fulvii Ursini Bibliotheca, Antuerpiæ à Theodoro Gallæo expressa Commentario illustravit. Antuerpiæ, anno 1606. in 4. apud Baltasarem Moretum.

Ioannes

Ioannes Ferfius.

De Præfectura Prætorii Tractatus. Francofurti,1611. in 4. apud Nicolaum Steinium.

Ioannes Federicus, Hervartus.

Admiranda Ethnicæ Theologię mysteria propalata; ubi lapidem Magnetem antiquissimis nationibus passim pro Deo cultum; & artem qua navigationes Magneticæ per universum orbem instruerentur & veterum Sacerdotibus sub involucris Deorum Dearumque & aliarum perinde fabularum cortice summo studio occultatam. Ingolstadii, anno 1623. in 4.

Ioannes Georgius Heruvart ab Hohenburg, Cancellarius Bavariæ.

Thesaurus Hieroglyphicorum ex ejus Musæo cum figuris in æs incisis.

Ioannes Glandorpius, Monasteriensis Westphalus.

De familiis Juliæ gentis & Antoniorum scripsit libellos seorsim excusos ab ejus Onomastico Romano de quo plura alias.

Ioannes Grasserus.

Ejus Poëmatibus accessit Dissertatio de Nemausensibus Antiquitatibus, in qua præter populi Romani magnificentiam varii ritus explicantur. Coloniæ Munatianæ, anno 1614. in 8.

Ioannes Guenebaldus, Medicus Divionensis.

Le reveil de l'Antique tombeau de Chyndonax, Prince des Druides, avec les Ceremonies des Anciennes sepultures. Divione, 1623. in 4. & Parisiis, apud Joannem Daumalle.

Ioannes Guillelmus Stuckius, Tigurinus Professor.

Sacrorum sacrificiorumque Gentilium brevis & accurata descriptio. Tiguri, 1598. in folio.

Antiquitatum Convivialium libri tres, in quibus Hebræorum, Græcorum, Romanorum, aliarumque Nationum antiqua Conviviorum genera, necnon mores, ritus, &c. conferuntur. Tiguri, apud Christophorum Froschoverum, 1582. & 1597. in folio.

Ioannes Goropius Becanus.

Hermathena, Hieroglyphica, Vertumnus, aliaque ejus opera extant fabulis plerumque referta. Antuerpiæ, 1580. apud Plantinum, in folio.

Ioannes Iacobus Chiffletius, Vesuntinus, Medicus.

Geminię titulus sepulcralis explicatus. Antuerpiæ,1634. in 4.

De ejuſdem Anaſtaſi Childericiana diximus parte I. Bibliothecæ noſtræ Nummariæ: Neque omittas velim librum de linteis ſepulcralibus. Antuerpiæ, in 4. 1624. in officina Plantiniana.

Ioannes Kirchmannus, Lubecenſis.

De Funeribus Romanorum libri quatuor. Hamburgi, apud Frobenium, 1605. in 8.

De Annulis liber ſingularis. Lubecæ, anno 1623. in 8. Typis Samuëlis Jauchii.

Idem verò de Annulis opus ab ipſo auctore recognitum & auctum filius ejus cognominis edendum curavit Sleſuici, ſumptibus Joannis Carſtens, anno 1657.

Ioannes Laurenbergius.

Gromatica quibus jus terminale & finium regundorum leges explicantur. Hafniæ, 1640. in 4.

Ioannes Loccenius.

De jure maritimo & navali. Holmiæ, 1650. in 12.

Ioannes Macarius. Vide ſuprà, verbo, Joannes Chiffletius.

Ioannes Manelphus.

Menſa Romana. Romæ, 1650. in 4.

Ioannes Meurſius, Batavus.

De Funere Romanorum. Hagæ Comitis, anno 1604. in 8.

Ejuſdem de Luxu Romanorum Commentarius in locum Senecæ epiſt. 114. cum Mantiſſa, anno 1605. in 4. Altera editio auctior. Hafniæ, 1631. eadem forma.

Ejuſdem Orcheſtra, ſive de Saltationibus Veterum. Lugduni-Batavorum, 1598. in 4.

Ejuſdem Arboretum ſacrum, ſive de arborum, fruticum & herbarum conſecratione, uſu & qualitate libri III. Lugduni-Batavorum, 1642. in 8. apud Elzevirios.

Quæ de Athenienſibus & Græcis accuratiſſimè ſcripſit in præſens omittimus.

Ioannes Michaël Dilſerus.

Electorum libri tres, in quibus Rituum tam ſacrorum quàm ſæcularium farrago continetur. Norimbergæ, 1644. in 12.

Ioannes Munier.

Memoires ſervans à l'Hiſtoire d'Autun, reveus par Claude Thiroux. Divione, 1660. in 4.

Ioannes

Ioannes Pierius Valerianus.

Hieroglyphica, sive de sacris Ægyptiorum aliarumque gentium litteris Commentariorum libri LVIII. in quibus præter Ægyptiaca & alia pleraque mystica, variæ historiæ, numismata, veteresque inscriptiones exponuntur. Basileæ, apud Isengrenrium, in folio, anno 1556. Lugduni, in folio, 1602.

Bellunenses Antiquitates. Venetiis, 1620. in 8. cum libello de infelicitate Literatorum, qui Tractatus recusus est Amstelodami cum appendice Tolli, 1647. in 12.

Ioannes Poldus, Albenacensis.

Discours Historial de l'Antique & Illustre Cité de Nismes en la Gaule Narbonnoise avec les Portraits des plus antiques & insignes bâtimens dudit lieu, reduits à leur vraye mesure & proportion. Lugduni, 1560. in folio.

Ioannes Richardus, in suprema Curia Divionensi Patronus.

Antiquitates Divionenses & de Statuis noviter inventis, Divione in Collegio Godraniorum. Parisiis, anno 1585. in 8. apud Guillelmum Linocertum.

Ioannes Rosinus, Isennacensis Thuringus.

Romanarum Antiquitatum libri decem ex Variis Scriptoribus summa fide singularíque diligentia collecti. Editionem secundam sumptibus Sibyllæ à Porta. Lugduni, 1585. in folio, præ manibus habeo. Vide infrà, verbo, Thomas Dempsterus.

Ioannes Sarus seu Zarius, Zamoscius.

De Senatu Romano libri duo. Venetiis, apud Zilletum, 1563. in 4. Item Argentorati, 1608. in 8. cum Joachimi Perionii de Romanorum & Græcorum Magistratibus, & Guillelmi Postardi de Magistratibus Atheniensium libello.

Ioannes Schefferus, Argentoratensis.

De Antiquorum torquibus Syntagma. Holmiæ in Officina Joannis Jansonii, anno 1656. in 8.

Eiusdem de Militia Navali Veterum libri IV. Upsaliæ, apud eumdem Jansonium, 1654. in 4. Item Dissertatio de varietate Navium, &c.

Ioannes Seldenus, Anglo-Britannus.

De Diis Syris Syntagmata duo. Editio altera Lugduni-Batavorum, apud Elzevirios, anno 1629. in 8.

Marmora Arundelliana, sive Saxa Græcè incisa ex Oriente in Angliam advecta impensis Thomæ Comitis Arundelliæ cum Inscriptionibus aliquot antiquis Veteris Latii, &c. additis ejusdem Seldeni commentariis. Londini, 1629. in 4.

Ioannes Severanus. Vide, verbo, Antonius Bosius.

Ioannes Smith, sive Smetius. Vide I. Partem Bibliothecæ Nummariæ.

Ioannes Talentonius.

Reconditarum rerum Thesaurus. Francofurti, 1605. in 8.

Ioannes Tristanus Sanct-Amantius.

Pretiosissimi Achatis olim insculpti, qui in cimelio Sacri Sacelli Regii Parisiis visitur, ectypon exhibuit atque amplissimam explanationem adjecit Tomo I. Commentariorum Historicorum, de quibus vide suprà, pag. 241.

Iosephus Castalio, I. C. Romanus.

De Pacis Templo, unde Columna exempta in Exquilinum est translata. Romę, apud Jacobum Mascardum, 1614. in 4.

Ejusdem Explicatio ad Inscriptionem Augusti in Obelisco statuto per Sixtum V. summum Pontificem. Romæ, 1589. in 4.

Ejusdem de Antiquis Puerorum prænominibus. Romæ, 1594. in 4.

Videnda quoque Numismatis Ostiensis de Trajani Portu explicatio, de qua suprà.

Iosephus Maria Suarezius, Avenionensis, Ep. Vasionensis.

Diatriba de Foraminibus Lapidum in Priscis ædificiis. Lugduni, apud Guillelmum Barbier, 1652. in 8.

Idem publicavit Chartam Donationis anno à Christo nato 471. subscriptam post fragmentum ex libris Tertulliani, ut titulus præfert, erutum de execrandis gentium Diis. Parisiis, 1630. in 8. apud Sebastianum Cramoisy juxta exemplar Romanæ editionis.

Isaacus Casaubonus, Philologus, Calvini Sectator,
in Anglia Canonicus.

Inscriptionem veterem Græcam ad urbem Romam effossam in via Appiâ, qua continetur dedicatio fundi ab Herode facta, explicare aggressus est, sed parum feliciter. Vide, verbo, Claudius Salmasius. Eam Typis impressam Molleris fratribus dedicavit Martinus Baccurius.

Iulianus

Julianus Aurelius, Lessigniensis.

De Cognominibus Deorum Gentilium libri tres. Basileæ,1543. in 8. apud Oporinum cum Phurnuto & similibus.

Julius Barbaranus.

Promptuarium rerum electarum, præsertim in re Romana. Venetiis, 1564. in 4.

Julius Cæsar Bullengerus, Juliodunensis, è Societate Iesu.

De Templis, de Vestibus Pontificum, de Donariis, de Triumpho, de Circo Romano, Ludisque Circensibus, de Theatro, de Venatione Circi, ac de tota ratione Divinationis, Oraculis, Sortibus, Auguriis, Auspiciis, Ominibus, Prodigiis, &c. fusè egit. Editi sunt duo ingentes Tomi in folio. Lugduni, apud Antonium Pillehotte, anno 1621. ut minoris formæ varias aliquot Tractatuum minorum formas omittam.

Ejusdem de Imperatore & Imperio Romano libri XII. Ingenti volumine, in folio. Lugduni, anno 1618. apud Hæredes Guilielmi Rovillii.

Ejusdem liber de Conviviis. Lugduni, in 8. anno 1624.

Alter quoque de Pictura, Plastice ac Statuaria in eadem urbe, 1627. in 8.

Julius Cæsar Capacius, Secretarius Neapolitanæ urbis.

Historia Neapolitana excusa fuit Neapoli,anno 1607.apud Joannem Jacobum Carlinum, in 4. Ibi quamplurimas inscriptiones reperias curiosis Antiquitatum scrutatoribus valde profuturas. Summontius quoque & alii ejusdem Historiæ Scriptores nonnullas adducunt quas nostrum non est hoc loco scrupulosius persequi.

La vera Antichita di Pozzuolo. Romæ, 1652. in 8. apud Philippum Rossi, ac priùs Neapoli, 1607. in 8.

Justus Lipsius, Iscanus, Belga.

Admiranda, sive de Magnitudine Romana libri quatuor: de Amphitheatro liber: de Amphitheatris quæ extra urbem: de Militia Romana libri V. Poliorcetica de Machinis, Tomentis, Telis: Saturnalium sive de Gladiatoribus libri duo: de Vesta & Vestalibus: de Bibliothecis: de Cruce, &c. vide Tomum tertium Editionis Antuerpiensis, anno 1637. in folio, ac Lugdunensem, ut alias modò minoris formæ omittam.

Idem

Idem leges Regias & Decemvirales collegit quæ extant Tomo IV. pag. 279. Trium verò de Cruce Librorum Compendium emisit in lucem Raphaël Fresneus cum Antonii Gallonii libro de SS. Martyrum cruciatibus, ut diximus suo loco. Appendicem quoque addidisse perhibetur Georgius Calixtus.

Iulius Nigronius, Genuensis, Societatis Iesu.

